Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41



2e 8° O.K.
Coll. compl. L.S.
Kw
229
K 41

fl.



f. 46.-

(Gorinchem)
(Boniens)

2e. 522277

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

J'ai vu un autre exemplaire auquel manquait
l'Appendix, comme aussi la figure placée
avant la dédicace. Il semble que les portr[ts]
de l'Appendix n'ont pas été gravés.
Paquot ne mentionne que ceux qui ornent le
corps de l'ouvrage.
Remarquons encore que si les autres portraits
avaient été exécutés, on les trouverait
dans cet exempl. offert par l'auteur à
son cousin Vogels.

Clarissimo ac Consultissimo Dño
D. THEODORO VOGELS. I. V. Li=
centiato, ac Senatus Maseykensis
Scabino; Cognato suo integerrimo,
Hoc amicitiæ symbolum:
L. M. D. D. CQ.
F. IOANNES BONERUS.
Minorita.
CIϽ. IϽC. XXVI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

n°. 438 -   12 dy

dec. -

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

533255.

VERÆ AD VIVVM EFFIGIES BB. MARTYRVM GORCOMIENSIVM,

Qui Brielæ Hollandiæ opido, pro fide Catholicâ fortiter obiêre mortem, M. D. LXXII. IX. Iulij.

Adiuncto ad eaſdem breui ſingulorum Martyrij Vitæque recenſu.

PSALM. 115.

Pretioſa in conſpectu Domini, mors Sanctorum eius.



SYLVÆ-DVCIS
Typis Antonij Schefferi, ſub interſignio Miſſalis, M. DC. XXIII.


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

CHRISTI DOMINI IN CRUCE AGONIA



AMPLISSIMO DOMINO D. TILMANNO A. BREE IN CURIA GELRICA CONSILIARIO REGIO nomine, vitrico adfectu Patri hoc exiguum munus catechisticum in amoris ſymbolum L.M. dedicat F. IOANNES BOVERUS MINORIDA. CIↃ.IↃC.XXII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

ILLVSTRI AC GENEROSO
ORDINI EQVESTRI
ET
CLARISSIMIS FORTISSIMISQVE
GELRIAE SVPERIORIS VRBIBVS
Fr. IOANNES BONERVS MINORIDA.
L. M. D. D. CQ.

Equites Nobiliſſimi, Viri Clariſſimi

QVò pietatem & debitum animi mei cultum, quē, ob vitæ miniſteriū probamquè educationem, Patriæ debeo ſymbolo quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

quodam conteſter atque profi-
tear; En iſthoc exiguum munuſ-
culum catechiſticum lubens ad
vos defero, BB. Martyrum Gor-
comienſium viuas effigies; è qui-
bus vndecim fuêre ex ſacro noſtro
Seraphici Franciſci inſtituto qui
Brielæ Hollandiæ opido ſub Co-
mite Lummeno ob fidē catholi-
cā, & præſentię corporis Chriſti in
S S. Euchariſtiæ venerabili Sacra-
mento, authoritatiſque Apoſtoli-
cæ ſedis heroicam profeſsionem,
glorioſè mortem obiêre, & ad
brauium ſupernæ beatitudinis fœ-
liciter abiêre. Hos vt præclaro elo-
gio venerer, ſufficiat me illos Mar-
tyres appellaſſe. Martyres appello:
prædicaui ſatis, prolixa laudatio
eſt, quæ non quæritur ſed tenetur.
Nemo laudabilior eſt, quam qui
ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

ab omnibus laudari poteſt.

Verum ſi quis balathro hanc laudem conuitiorũ ſtrue oneret, vlteriorẽ probationem petulanter expetens; ſciendum erit quinque requiri ad adultorum Martyrium, vt ſit quale oportet ad ſalutem.

Primò, vt mors inferatur odio Chriſti, vel religionis Chriſtianæ, vel alicuius veritatis fidei, vel propter opus virtutis. Martyriũ enim eſt teſtimonium externum, quod Chriſto vel doctrinæ eius præbetur per hoc, quod mortem pro eâ ſubimus; Hoc autem fieri non poteſt, niſi aliquis mortem inferat vt Chriſtum, vel doctrinam eius nobis auferat. Hinc rectè D. Auguſtinus ait: *Martyrem non pœna, ſed cauſa facit. Pœna enim communis eſt latroni & martyri, hæretico & Catholico: ſed cauſa diſpar.* Hic rurſum notandum, quo

Quinque requiruntur ad martyriũ adultorum.

Conc: 2. in Pſa: 34

 rei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

rei veritas plenius innoteſcat, qua-
tuor gradus martyrij poſſe diſtin-
gui

Quatuor gradus martyrij.

Primus & ſupremus eſt, cũ mar-
tyrium omnino eſt completũ. Hic
requirit, vt mors reipſa ſequatur:
per hãc enim fit extrema & ſum-
ma teſtificatio veritatis. Quamdiu
enim vita ſupereſt, ſemper reſtat
aliquid, per quod vlterius teſtifi-
cari poſsimus: Ita noſtri Martyres
reipſa acerbitatem inflictæ mortis
plenè deguſtarûnt.

Secundus eſt, cum Martyrium
completũ eſt ex parte cauſæ pro-
ximæ & intrinſecus penetrantis;
vt quando inflicta ſunt vulnera
lethalia, quæ nulla vi naturali pro-
hiberi poſſunt à morte inferen-
dâ. Hoc enim cenſendum eſt ve-
rum Martyrium, etiamſi contin-
gat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

gat mortem diuinitus impediri: quia eſt proxima & neceſſaria ad mortem diſpoſitio. Ita de Dionyſio Areopagita memoriæ proditum eſt, abſciſſum ſuum caput ſuſtuliſſe, & progreſſum ad duo millia paſſuum in manibus geſtaſſe. Quod ſi mors eius miraculosè impedita fuiſſet, verus tamẽ Martyr cenſendus eſſet.

Tertius eſt, cum eſt completum ex parte tantum cauſæ extrinſecus applicatæ, etiamſi Martyr nihil inde incommodi ſentiat. Tale fuit D. Ioannis; cum *Romæ miſsus in feruentis olei dolium, purior & vegetior exivit quam intrauerat:* Hoc enim eſt ſubire mortem in cauſa per ſe efficaci, & naturaliter impediri neſcia. S. Hiero: contra Iouin: lib. 1.

Quartus eſt; quando Martyrium ſeu perpeſſio mortis ſolum

eſt inchoata per tormenta : vt quando quis propter confeſsioné fidei coram Tyranno tormentis non læthalibus afflictus eſt. Nam & tales paſsim à Cypriano & Tertulliano & alijs, Martyres vocantur. Ita martyr dici potuiſſet Thomas Cancellarius, Cantuarienſis Epiſcopus, antequam Martyrium adeptus eſſet. Ipſe namque in Epiſcopali officio fortis & inuictus fuit. Cum enim Henricus II. Angliæ Rex conuocatis ad ſe Epiſcopis & proceribus regni, leges ferret vtilitati & dignitati Eccleſiaſticæ repugnantes, adeò conſtanter obſtitit regiæ cupiditati; vt neque pollicitationibus, neque terroribus de ſententiâ diſcedens, in exilium pulſus ſit.

Secundò requiritur mortis ac-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

ceptatio ob cauſam honeſtam & piam, id eſt, quæ cum verâ religione & fide coniuncta ſit, verbi gratia; vt placeat Deo, & ne à vitâ æternâ excidat & cæt: Vnde D. Petrus: *Si exprobamini in nomine Chriſti, beati eritis, quoniam quod eſt honoris, gloriæ & virtutis Dei, & qui eſt eius Spiritus, ſuper vos requieſcit. Nemo autem veſtrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: Si autem vt Chriſtianus non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine.* 1. Petr: 4.

Tertiò, requiritur, vt non reſiſtat Tyranno, ſed lubenti patientique animo mortem acceptet & occidi ſe ſinat.

Quartò, vt fide ſupernaturali veritatem illam credat, pro quâ potiſsimum tuendâ, mortẽ eligit.

Quintò denique deſideratur ſtatus gratiæ, vel ſaltem legitima ad gratiã diſpoſitio: Nam vt Apo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

1.Cor.13 ſtolus ait: *Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.*

Cum itaquè hæ conditiones, quas ad Martyrium requiri diximus, noſtrorum plenè inſint martyrio, habeatque diuiniſsimũ miraculorum teſtimoniũ, vt legenti ex ſubiuncto Hiſtoriæ recenſu luce clarius patet; quis impudens, obloquax, ſordidâ ac plebeiâ ſuâ linguâ B B. Martyribus obganniet detrahetque? quiſue Duliæ cultũ ijs impiè ſubtrahet? quis nõ Martyres dicet?

Horum vt rubeo ſanguine Hollandia oblita, rubet; atque ſplendidis coronis ſe decoratum ornatumque gaudet Belgium: Sic Ruræmonda vrbs noſtra de horum B B. Martyrum reliquiarum opulentâ ac nobili portione, quam

quam ſanctè poſsidet, exultat. Sicut & præ ceteris meritò ſibi congratulatur de plurimorum glorioſo martyrio ac triumpho. Nã (vt narrant Hiſtoriæ) cum Geuziorum excercitus Duce Principe Auraico Ruræmondã noſtrã anno ſalutis M. D. LXXII. vi expugnaſſet, milites in cœnobiũ Patrum Cathuſianorum hoſtiliter incurrentes, illorum duodecim immaniter interemerunt: & (vt refert Theatrũ crudelitatis Hæreticorum) totâ ciuitate ad viginti-ſex ſacerdotes & religioſos; Inter quos noſter F. Reynerus à Lintris in cœnobio Minoridarum. Quem ſcelerati cũ in tẽplo reperiſſent ad altare iuxta tabernaculum Dominici corporis orantẽ, veluti ſacrã Deoque gratã mactantes hoſtiã, auribus primũ

na-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

naribuſque barbarâ ſeuitiâ mutilatum, multiſque diris vulneribus confectum, necauerunt; die Iulij 23. O! te fœlicem ſacerdotem, cui datum eſt ad aram ſummi Dei ſanguinem tuum profundere, corpus & animam offerre Chriſto! toties Dominici corporis refectus ſalutaribus Sacramentis, demum calicem ſalutarem accipiens, & nomen Domini inuocans fœliciter ad cælum euolaſti.

Suſcipite igitur, Equites Inclyti, Viri Præſtantiſsimi beneuolè, & quicquid hoc eſt muneris boni conſulite. Alij in Domini tabernaculum offerunt aurum, argentum, pretioſos vniones: Euangelica Vidua tantum duo minuta, & diuitijs Cræſi præfertur. Multum dat qui citò atque libenter dat. Multò

venit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

venit gratius quod facili, quã quod plenâ manu. Numquam merito caret, etiam in ſummâ pauperie, bonæ voluntatis opulentia. Valete dudum fœliciter publico Patriæ noſtræ bono.

Dedi Syluæducis è cellulâ noſtra 26. Iunij M. D. XXIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

APPROBATIO

Reuerendi ac Eximij Domini Cenſoris Ruræmundenſis.

HOc compendium Hiſtoriæ BB. Martyrũ Gorcomienſium, eorundem effigiebus exornatum, nihil continere ab orthodoxâ fide alienum & ad B B. Martyrum gloriam, fideliumque ædificationem, vtiliter edi poſſe cenſeo. Ruræmundæ 22. Iunii. 1623.

PETRVS POLLIVS S. T. Doct. Cathedralis Eccleſiæ Ruræmundenſis Decanus.

CENSVRA.

Reuerendi Domini Cenſoris Syluæ-ducenſis.

H*Oc Hiſtoricum vitæ* BB. *Martyrum Gorcomienſium compendium, vnà cum illorum ad viuum expreſſis imaginibus ac pietatis exercitio ad eoſdem, vtiliter ad Dei ter Max. gloriam,* BB. *Martyrum honorē, & populi deuotionem erga eoſdem & inſtructionem in publicum edi poſſe cenſeo hac* 18. Martij M. DC. XXIII.

HENRICVS VANDEN LEEMPVTTE S. T. L. Eccleſiæ Cathedralis Buſcoducenſis Canonicus & Cenſor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

LICENTIA SVPERIORVM.

VIdit & imprimi ex animo conceſsit Adm. Reuerẽdus Pr. F. IVDOCVS A CASTRO, FF. Minorũ Regularis Obſeruantiæ Germaniȩ Inferioris MINISTER. Syluæ-ducis 22. May M. DC.XXIII.

LEgi & ad gloriam Dei eiuſquẽ glorioſorum Martyrũm prœlo dignum iudicaui, die 3 Iunij. M. DC. XXIII.

EGO

F. GVILIELMVS SPOELBERCH *Prouinciæ Cuſtos, & Guardianus Syluæ-ducenſis.*

V.P.F.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V.P.F. IOANNI BONERO HVIVS COMPENDII COLLECTORI.

SCeptrigeri Heroës diademate tempora cincti
Regali, non deſpiciunt donaria parua,
Aſt hilares monſtrant grati *tecmeria* cordis;
Et donum exiguum magnâ mercede coronant.
Ille potens Xerxes Rex, illuſtriſque Monarcha
Huic phialam dedit, huic clamydem, dedit inſuper aurum,
Qui liquidæ guttur potu recreaſſet aquâi.
O gratum paradigma tibi! nam corde benigno
Munera ſic Sancti excipient, BONERE, minuta:
Quippe nec intuiti pretium, donique valorem
Sed liquefacta pij laudabunt viſcera cordis;
Ingenij maiora quidem monumenta feracis
Offer, macte animo ſuperûm ſcanſurus Olympum.

Amoris ergo accinebat

F. NICOLAVS RYSWYCK
MINORIDA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

EPIGRAMMA
CONGRATVLATORIVM
FRATRIS
AD FRATREM.

HEroas celebrēt, Agamem-
noniasſque cohortes,
Bella ſonent alij, Scipiadaſque
canant;
Militiæ at ſacræ Proceres pro no-
mine IESV
Paſſos mille neces fulmineoſ-
que globos
Tu viuo calamo per Solis vtroſ-
que Penates
Tollis, & extollis laudibus vſque
tuis,
Quis te torſit amor? quisſnam te
compulit ardor?

* Vin'

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Vin' dicam? nudus Relligionis
amor.
Prœmia tu ſpernis, gloriolamq́ue
fugis,
Attamen interea quænam tibi
Laurea reſtat
Ipſi Laureolam, quam meruêre,
dabunt.

Bono animo pangebat.

HENRICVS BONERVS
I. V. Licentiatus.

ALIVD

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

ALIVD.

HIC BONERE nouus partus quem ſubijcis Orbi,
Vrit amoricremum pectus amore Dei,
Numen ineſt ſacrum, nam plenus lumine fulget,
Fulget, & obfuſcat lumina luminibus,
Quid mirum? æthereis & viuis vndique ſparſus
Martiribus; diua eſt buccina Martirij:
Pro quo Chriſtiadæ referunt de pectore grates,
Et tua conſcribent nomina digna cedro,
Nam raras hic monſtrat opes vitamque necemque,
Et per te (multos quę latuêre) patent.

IACOBVS & CASPARVS
ENGELBERTVS BREE

Bonarum Litterarum ſtudioſi,

Venerando & Chariſſimo ſuo Fratri Vterino æterno adſectu & cultu applaudebant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

NOMINA.
BB. MARTYRVM
GORCOMIENSIVM.

Brielę ſimul interfectorum, quorum effigies hic ad viuum exhibentur: ac primum vndecim Fratrum Minorum cœnobii Gorcomienſis.

B. Nicolaus Picus, Guardianus.
B. Hieronymus Weertenſis, Vicarius.
B. Theodoricus Emdenus Amorfortius.
B. Nicaſius Ioannis Hezius.
B. Willehadus Danus.
B. Godefridus Mervelanus, Sacriſta.
B. Antonius Weertenſis.
B. Antonius Hornarienſis.
B. Franciſcus Rodius, Bruxellenſ.

Omnes Sacerdotes.

B. Petrus Aſſchanus, Laicus.
B. Cornelius Wicanus, Laicus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

NOMINA.

Ceterorum octo Martyrum, qui vnà cum ſuperioribus perempti ſunt.

B. Leonardus Vechelius Buſcodu-cenſis, Paſtor Gorcomienſis.

B. Nicolaus Poppelius, Welda-nus, alter Paſtor Gorcomienſis.

B. Godefridus Dunæus Gorco-mienſis.

B. Ioannes Ooſterwicanus, S. Auguſtini Canonicus Regu-laris.

B. Ioannes ex Dominicanâ fami-liâ religioſus.

B. Adrianus, Ordinis Præmon-ſtratenſis.

B. Iacobus Lacopius, Oudenar-denus, item Præmonſtratenſis.

B. Andreas Walteri, Parochus Heinortenſis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

BREVIS AC SVCCINCTVS PASSIONIS BB. MARTYRVM GORCOMIENSIVM.

Recenſus

E quibus vndecim fuêre EX ORDINE FRATRVM MINORVM, Qui Brielæ Hollandiæ opido, pro fide Catholicâ fortiter obiêre mortem.

M. D. LXXII. IX. Iulij.

CVM Dordracum, primaria Hollandiæ ciuitas ad annum Chriſti M. D. LXXII. à legitimo ſuo Principe Philippo II. Auſtriaco, Hiſpaniarum Rege Catholico iam palam, non ſine extremâ impietate, deſciuiſſet; piratis intra muros paucorum proditione receptis: Marinus Brantus, & Adrianus Ficus Tielenſis expedito milite ſocijſque naualibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Gorcomium magnis itineribus, ita vt famã ferè præuenerint, contendũt: vbi & à ciuibus pernicioſis, qui iam antea ad mouendam ab Adriano Houelio exule ſeditionem ſollicitati fuerant, intromiſſi, ſacra prophanaque ſuo more per opidum miſcebant.

Gorcomiũ Geuzijs proditione traditur.

Erat eâ in vrbe arx vtcunque munita, à Guilielmo VI. huius nominis Hollandiæ Principe, poſt annum Domini M.D.XII. ædificata. In hanc ſacerdotes & religioſi cum optimatum quam plurimis, hocce rerum ſtatu confugerant, confidentes aduentu Maximiliani Boſſuuij Comitis, quem Vltraiecti militem conſcribere nouerant, ſe breui poſſe liberari. Gorcomio à Geuzijs occupato, ne hoſtem tam vicinum haberent, attractis machinis bellicis arcem obſederunt. Cumque continuis pilarum ictibus murus convulſus eſſet, nec ſubſidium à Boſſuvio mitteretur, arx in poteſtatem Geuziorum deditione conceſſit, hac iuratâ conditione, vt corporibus inviolatis dimitterentur obſeſſi, cætera prædæ militi eſſent. Traditâ arce minimè pactis ſtetêre periuri, fœdifragi: ſed ſacratos hoſce viros fœdo carceri incluſos varijs contumelijs, ſarcaſmis, minis, terrore, duriſſimiſque cruciatibus affecêre. Porrò inter immaniſſimas quæſtiones nihil magis ſacrilegi quærere ac vrgere, quam vt præſentiam corporis Domini in Euchariſtia negarent optimi viri. Qui quantò magis ob-

Arx Gorcomiana.

Arx traditur.

Martyrum captiuitas.

hoc

hoc cruciarentur, tantò confidentius verum corpus & ſanguinem Saluatoris noſtri *Ieſu Chriſti* ſub panis vinique ſpeciebus in hoc diuiniſſimo Sacramento contineri vnanimiter profitebantur. Illorum generoſa fidei confeſſio.

Verum quandoquidem hac in vrbe ſæuitiæ ſuæ exempla in tam inclytos viros edere palam verebantur ſcelerati homines: lacernis cucullisque exutos, binoſque inter ſe brachijs colligatos naui vectoriæ impoſuêre, atque ſecundo amne Dordracum vſque deuectos, nauiculatoribus, lintiarijs meſonautis, ceteriſque ſæditioſæ ciuitatis nebulonibus deridendos toto die (qui Dominicus erat) expoſuerunt. Poſtridie Brielam adpulſi, à Guilielmo Lūmeno (qui de aduētu ipſorum ab æconomo ſuo Ioanne ab Omaliâ certior factus in portu ad auram obequitabat) cum ſummo clamore, cachinniſque prodigioſis excipiuntur. Hunc, indomitâ alioquin libidine immanique crudelitate exæſtuantem, ad ſæuiendum in innoxios incitabant qui cum eo equis ibant. Interim quò gratum Lummeno oculis ſpectaculum exhiberetur; patibulum in portu & foro erectum, Eccleſiaſtico ritu, bini, multo cum cantu circuire coguntur, impudente quodã milite crucem præferente, ceteriſque eos ſubſannantibus & fuſtigationibus propellentibus. At illi præter pſalmos & litanias aliaſque preces nihil occinuerunt. Quod ſi

Dordracū vehuntur

Omnium ludibrio exponuntur.

Coguntur proceſſionaliter patibulū circuire.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

quando à cantandis litanijs alijſue ſacris hymnis ceſſarent illi: non contumelijs flagelliſque abſtinebant abiectiſſimi quique, immoderatè Lummeno & ceteris qui circumſtabant ridentibus. Ad quos conuerſus P. Hieronymus Weertenſis viriliter excelſoque animo; Quod hoc hominum genus? quæue tam barbara hunc morem permittit patria? inquit. Nauigaui quondã ego Adriaticum, Ionium, Lybicnm, Siriacumque maria: adij Cretam, Cyprum multaſque latrocinijs infames Inſulas: Peragraui Palæſtinã, vidi Iudæos, Græcos, Agarenos, Turcas ac Mauros: ſed nunquam hoſce adeo Chriſtianis infectos inueni. *Neminem læſimus, neminem corrupimus, circumuenimus neminem*;& hæc tam atrocia, atque abominanda pati nunc cogimur. Deinde in carceres detruſi ſunt.

2.Cor.7.

Guardianũ liberare fratres eius conantur.

Duo germani fratres Guardianum Brielã ſecuti cum licentiâ Præfectorum militum fratrem è carcere eductum, in hoſpitium quoddam ſecum abduxerunt, eique multis rationibus perſuadêre conati ſunt, vt vel ſaltem Romani Pontificis authoritati detrahere velit, quò hoc præſens periculum euadat. At ille nequaquam induci potuit, vt tantum ſcelus committeret, & in carceres redire, quam cum fratribus cum ſalutis iacturá & apoſtaſiæ ſuſpicione liber abire, maluit.

Cum igitur nec blanditijs, nec terrore à

fide otthodoxâ reuocari poſſe dicerentur Martyres: Ira accenſus Lummenus, nocte concubiâ, epulis aſſidens, multoque vino madidus, extremo eos ſupplicio affici ſine mora iuſſit. Mox dicto parent lictores, accenſiſque ſtatim lucernis ac facibus Dei Confeſſores inuicem confitentes alios alijs peccata, atque orantes multâ cum fiduciâ pro ſe mutuo, extra opidum ad Canonicorũ Capituli Windeſhemenſis Cænobiũ, nuper exuſtum, Ruggæum dictum, ducunt. Vbi P. Picus, qui Hilari ſpiritu Deo ſeruiendum eſſe continuo fratres admonuerat, eoſdem nunc morientes, magnâ cum conſtantiâ ad Martyrium hortabatur. Vix exhortatione finitâ, cum veſtibus ſpoliatum ex horrei trabe crudeliter ſanè ſuſpenderunt, naſo auriculiſque, nec non virili membro, O impudentiſſimum ſcelus! ipſi fœdo vulnere præciſis. P. Deinde Hieronymum eodem ſupplicij genere interimunt. Mox quoquë ambo Curiones, Leonardus Vechelius, & Nicolaus Poppelius eodem modo ſuſpenduntur. In P. Nicaſium deinceps atrocius ſæuitum. Ex huius enim oculis, cũ pectoris ardor ſcintillæque fidei maximè relucerent, animam magis ſtrangulare quàm corpus, deſiderabant hoſtes immaniſſimi. Igitur capiſtrum ori eius inijcitur, ex quo vltra horas octo pependiſſe narratur. Poſt hunc Willehadus Danus, Theodorus Emdenus, Amor-

Iniqua mortis ſententia.

Martyres ex trabe ſuſpenduntur.

ſordianus , Antonius Weertenſis, Godefridus Meruellanus, Antonius Hornarienſis, Franciſcus Bruxellenſis, ſacris omnes initati Minoridæ, de quibus paulo-poſt , vt de ceteris, ad proprias effigies paucula ſpeciatim ſubiungemus : Præterea duo laici Petrus Aſchanus & Cornelius Batauodurus: quorũ ille voto obſtrictus , hic verò voluntariè ad inſeruiendum fratribus , ſe dedicauerant, coniunctis dorſis, nudi dilacerarique infami laqueo necantur ; Dimiſſo interim Guilielmo Eburone, quod ſe ſub Treſlongo meriturum promiſerat : quamquã is paulo-poſt clauem cellæ vinariæ Lummeni effinxiſſe accuſatus , poſt varias quæſtiones , mediâ in vrbe Brielenſi, ad quadrimum ex furcâ ſtrangulatus ſit. Ita vt pro qualicunque vitæ præſentis vſurâ, cupidius quam par erat adamatâ, ſempiternã infœlicitatem reportauerit.

Guilielmi Eburonis Apoſtaſia & infælix interitus.

His adiuncti fuêre venerabilis ſenex Ioannes Ooſteruuicanus, ſacrarum virginum Ordinis D. Auguſtini Gorcomij Præfectus, M. Godefridus Dunæus Sacerdos. Eodem momento poſt diriſſimos cruciatus, ſuſpenditur etiam Ioannes quidam ex Dominicanâ familiâ religioſus , Paſtorali officio diu functus duobus circiter milibus à Gorcomio , Hornar pago nomen eſt. Poſtremum Adrianus Becanus , ex Middelburgenſi Præmonſtratenſium Canonicorum cænobio Paſtor & Iacobus Lacopius Oudenardenus, eius,

eius, vt dicunt, ſacellanus, eiuſdem, cænobij Canonicus, cum Andræa Walteri Parocho Heinortéſi ſimili mortis genere interimuntur.

Mortuos tandem veſtibus ſpoliarunt, & ne quid extremæ crudelitati deeſſet, alios auribus, alios naribus, alios, O. rem nefandam! pudendis truncarunt, iiſque galeris ſuis affixis, perpulchrè (vt ſibi videbatur) ornati, tanquam inſignẽ è tam nobili pugna trophæum reportantes, in opidum reuerſi ſunt. Quin & illud ſupremæ malitiæ ſignũ, cum rubore, addo: quod illorum genitalia vento fumoque indurauerint: quæ in ſecundis menſis, bellariorum loco, poſtea matronis honeſtioribus, aut virginibus ſacratis, multo cum riſu apponerent, hac impuritate ſe beatos putantes, atque ex ſcelere immaniſſimo quærentes videri faceti. In cadauera quoque ob ramirum varia genera, aſpectu etiam miſeranda, ſæuitum: quibus antequã ex trabe dimitterentur, ac nuda, mutilata, pecorumque more diſciſſa, & cruore calenti illita terræ mandarentur, omentum extractum fuit, atque Gorcomij non abſque ludibrijs vænum expoſitum. Immanis in cadauera crudelitas.

Memorabile autem eſt, quod in horum BB: Martyrũ Hiſtoria legitur, de ciue quodam Gorcomienſi, nomine Matthia Thorano, qui cum viginti annis hernia miſerè cruciatus eſſet, conſtantiamque horum Fratrũ Miracula.

intellexiſſet: Orate inquit, pro me Patres & Fratres quos inuictam Romanæ fidei confeſſionem iam Martyres glorioſos effeciſſe non dubito: Adhuc in ore illius erat verbũ hoc, & ſe planè integrèque curatũm ſenſit. Aliud miraculum aliqui commemorant de hæmorroide muliere eorumdẽ meritis fœliciter ſanata. Perplura alia ad horum B B. Martyrum ſacras reliquias, quæ in varijs Belgij cœnobijs deuotè aſſeruantur, cũ magno piorum hominum applauſu, diuinitus patrata fuêre miracula; quæ hic breuitatis cauſa ſubticeo, alias opportunius cum plenè conſtiterint & otium dederit, his effigiebus adnectũrus. Qui interea copioſius horum martyria & ſubſecuta varia miracula ſcire deſiderat; adeat Guilielmum Eſtium tribus libris totam hiſtoriã complectentem. Item, Hiſtoriam Seraphicam R.P. Henrici Sedulij cui horũ inſerta ſunt Martyria; è quibus nos etiam hæc paucula excerpſimus ad maiorẽ Dei & B B. Martyrium gloriam.

PRÆ-

PRÆCIPVI VITÆ ACTVS SINGV-LORVM BEATORVM MARTYRVM GORCOMIENSIVM,

E quibus vndecim fuêre

EX ORDINE

FRATRVM MINORVM,

Qui Brielæ Hollandiæ opido, pro fide Catholicâ fortiter obiêre mortem,

M. D. LXXII. IX. Iulij.

E nobili Hiſtoria GVILIEL-MI ESTII compendiosè extracti,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

BREVIS VITÆ
B. Nicolai Pici Martyris Gorcomienſis,
SERIES.



Exaudiuit pauperes Dominus, & vinctos ſuos non deſpexit. Pſalm: 68.

B. NICOLAVS PICVS Gorcomii natus, patre Ioanne Pico & matre Henrica Caluia, coniugibus honeſtiſſimis, atque auitæ, id eſt, orthodoxæ Catholicæque fidei cultoribus egregiis. Hic cum à primis annis, huius ſęculi vanitatē & pompas exoſus, ſacratius aliquod & perfectius vitę genus animo volueret; vt primum per ætatē licuit, ſanctum B. Franciſci inſtitutum amplexus & profeſſus eſt, eâ in vrbe, in quâ iam ante literas humaniores ſatis fœliciter didicerat. Ea eſt Sylua-ducis Brabantiæ; quę Gymnaſium habebat litterarum frequens & celebre. Indè porrò Nicolaus Superiorum mandato Louanium ad ſacrę Theologię ſtudium miſſus fuit. Eſt in eâ ciuitate Cœnobium Fratrum Minorum, in quo diſciplina monaſtica iuxta B. Franciſci regulam ſummâ pietate atque obſeruantiâ colebatur, & ſtudia ſacrarū litterarum impenſè vigebant; vt nec

B. Nicolai parentes & patria.

Inſtitutum S. Franciſci amplectitur.

Mittitur Louanium.

nec in hodiernum diem, inter multas ciuitatis & prouinciæ calamitates, quæ interim acciderunt, ille pietatis & ſtudiorum feruor ſeſe remiſerit. Igitur in illo ſanctiſsimo fratrum contubernio poſtea-quam Nicolaus annos aliquot litteris ſacris diligentem operam nauaſſet, indè in agrum Dominicum ad diuerſa loca miſſus eſt, ſparſo ſemine verbi Dei, fructificaturus. Quod quidem ille obedientiſsimè perfecit,

Eius humilitas.

Eius porrò varias animi dotes & virtutes, quibus mirè exornatus fuit, recenſere, nimis prolixum foret; Attamen pręceteris in eo ſingulariter enituit virtutum omniũ cuſtos ac fundamenrum humilitas; ita vt eius qui inſpiceret vitam, verum fratrem Minorem ac germanum Franciſci diſcipulum lubens agnoſceret. Errati ſi quando monebatur, etiam ab illo qui vel loco inferior eſſet, non modo benignè placidèque, verum gratanter quoque

quoque admittebat. Dum aliquando publicâ in concione pro ſuo cœnobio eleemoſynam rogaret, eam petere ſe dicebat pro ſanctis qui eſſent Gorcomii in conuentu Fratrum Minorum. Poſtea interrogatus à quodam, qui hoc eum dicentem audierat, num ſeipſum ſanctũ diceret, reſpondit: minine verò, ſed ſancti ſunt Fratres mei, ſancta eſt noſtra pauperum congregatio. Quod ne arrogantius dicere videretur confirmabat Apoſtoli Pauli teſtimonio, qui pauperes Chriſtianos ſanctos nominauit non vno in loco. Rom. 12. & 15. 1. Cor. 8. & 9.

Ceterum quam ille de ſemetipſo ſemper modeſtè ſenſerit, tum maximè apparêre cepit, quãdo Geuzii quibuſdam opidis Hollandię ſuã in poteſtatẽ redactis, inſolentiores facti, in Eccleſiæ miniſtros ac Dei famulos inauditâ crudelitate graſſantes, iam aliquot ex ijs neci dederãt: Tũc enim amicis, quos coniunctiores habebat, ei metuentibus, atque

inter

inter eos Leonardo Parocho familiariter velut per iocum dicente ad eum: Monache Geuzii ſuſpendent te, reſpondit: Hoc ego nondum merui. Cui cum Leonardus replicaret: Atqui hac tempeſtate multi ſuſpenduntur immeriti, reſpondit iterum Nicolaus: Martyrii gratia dari non ſolet immeritis. Oportet enim vt per ſanctas vitæ præcedẽtis actiones ad eam tandem perueniatur.

Corporis eius deſcriptio.

Enimuerò quod ad corporis eius deſcriptionem ſpectat, fuit Nicolaus honeſtâ ac decenti formâ; ſtaturâ, reliquoque corporis habitu mediocri. Erat in vultu natiuus candor, oculis intuentium amabilis, ſed quẽ præter vigilias nocturnas & ieiunia, curę graues & continuę, quas officii ratione ſuſtinebat, in pallorem non nihil demutârant. Vultus ipſe tamen tranquillus ſemper & ſerenus, purę & pacatę conſcientię nuncius. Quodque elogio profitebatur: HILARI SPI-

SPIRITV DEO SERVIENDVM, vitâ & moribus ſemper oſtendit: quod illi apud ſuos amorem cum reuerentiâ conciliabat.

Fuit præterea Euangelicæ paupertatis obſeruantiſsimus, ita vt non à ſuperuacuis modò, ſi quando talia ab amicis offerebantur, abſtineret; Verũ nec neceſſaria ſumere ſine verecundiâ quadã videretur. Si quid pretioſius offerretur, cum vrbanitate recuſabat dicẽs, S. Franciſcum, ſi videret, ægrè laturum. Libraria ſuppellex adeò illi modica erat, vt præter ea quę ſibi ipſi vel priuatâ lucubratione, vel præ-legente magiſtro, ſummâ diligentiâ deſcripſerat, vix eſſet quod ſupellectilis nomen mereretur.

Amor paupertatis.

Multa quoque alia piè & prudẽter ab eo dicta & facta; quoties acturum ſe quippiam dicebat, vt lecturum, ſcripturum, foras profecturum, aut quicquid ſimile, ſemper addebat *Ad honorem Dei.* Fratres ſubditos, ſi quid operis eſſet eis

iniungendum, ſæpè rogabat, cum mandare poſſet. Siue autem præciperet, ſiue rogaret, addebat: *Ex charitate*; nimirum cogitans illud Pauli: *Omnia veſtra in charitate fiant.* In dandis conſilijs monebat ante omnia cauendum, ne Deus offenderetur. In rebus dubijs ac difficilibus acris erat iudicij: Cum quædam mulierculę in ſpeciem admodum deuotæ & religioſæ, miras quaſdam reuelationes accipere, & portentoſa quædã ac ſtupenda pati dicerentur, reſque in diſceptationem apud doctos veniſſet; primus Nicolaus diabolicas eſſe illuſiones ac præſtigias affirmauit. Quod ita fuiſſe tandem luce clarius compertum eſt. Genus mulierum quę nubere nolunt, nec tamen ſæculum relinquunt, nec propriæ voluntati renunciant, nec ad regulã vivunt; quod libertate vitæ ſępè-numero abuti ſoleant, non valdè probabat, referens illud cuiuſdam: *Mulierem opor-*

1.Cor. 16.

Eius prudentia.

Eius de mulieribus iudiciũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

oportet aut virum habere aut murum.

Cum duo quidam hæretici mortis ſupplicio condemnati eſſent, pro eis reſipiſcentibus iudicē ſupplex & in terram proiectus rogabat, vt eis vita donaretur. Magno & conſtanti animo egit & perfecit, vt Prefectus cuiuſdam Monaſterii virginum, quod ſacratis Deo Virginibus impudicè abuteretur, etſi numero amicorum fretus, & apud multos gratioſus, officio priuatus ablegaretur. Suo quoque reformando Monaſterio, ex quo Guardianus creatus, ſtudioſiſſimè fuit intentus. Ita vt de eo R. P. Petrus Mōtanus ex Rectore Vniuerſitatis Louanienſis Minorida, vir doctrinâ & pietate conſpicuus (ſub quo Guardiano vixerat) immobilem animi eius, in negotio preſertim reformationis, firmitatē expertus, dicebat; eum ſemper ſibi viſum aptiſſimum ferendo Martyrio. Singularis eius charitas & zelus.

Quid igitur? An Nicolaum Pi-

Bis dicendus Martyr

cum martyrem non dixerim? Imò verò bis martyrem. Nam ſi pęnam attendas, bis laqueo conſtrictus pependit, bis mortis dolores ſuſtinuit, bis mortem ipſam, quantum quidem in ſe erat, perpeſſus eſt. Quia mortem quã Brielę guſtauit, iam Gorcomij pręguſtauerat (narrant enim ſuſpendio ad carceris ſuperliminare propemodum enectũ, ſed fune diſrupto reuixiſſe) ad hoc indubiè Dei beneplacito mirè ſeruatus, vt in periculoſo certamine fratres ſuos confirmaret, ſibi coronam apud Deum duplicaret. Functus eſt Martyrio B. Nicolaus, cum annum ętatis trigeſimum octauum nondum expleuiſſet. Natus annò Domini M. D. XXXIV. die 29. Auguſti. Effigies eius ad vivum depicta adhuc ſeruatur à ſuis, hoc adſcripto Epigrammate:

Eius effigies.

QVem noua præſentet, ſi fortè requiris, imago,
Neo-martyr iſte Nicolaus Picus eſt.

Gor-

Gorcomium genuit: Franciſci regula vitæ
　Perfectioris attulit compendium.
Fratribus, ad normam quos cœnobiarcha regebat,
　Hortator idem, duxque martyrij fuit.
Quam tenuit viuens pietatem, morte ſacrauit,
　Totumque ſe dicauit hoſtiam Deo.
Hæreticæ maledicta, minas, opprobria plebis,
　Vicit ferendo, nomine inſtructus ſuo.
Bis laqueum paſſus, Domino ſocijsque fidelis,
　Palma triumphat, & corona duplici.

BREVIS VITÆ

B. Hieronymi VVeertenſis, Martyris Gorcomienſis, SERIES.



Sapientia in vinculis non dereliquit me, donec adferret mihi ſceptrum Regni, & potentiam aduerſus eos qui me deprimebant. Sap. 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

B. HIERONYMVS Weerthę natus, quod opidum eſt Comitatus Hornani, inter Fratres Minores à Guardiano proximus, quem Vicarium dicimus; aliquando terram ſanctam, pedibus Chriſti Saluatoris calcatam, pietatis ſtudio incitatus, adiit atque luſtrauit: Et apud Hieroſolymam in monaſterio ſui ordinis aliquãdiu commoratus fuit. Hinc peregrinus ſeu miles Hieroſolymitanus vocabatur; vt ſolent, quicunque ea loca, religionis ergò viſitauerunt. Porrò diſciplinę monaſticę fuit obſeruantiſſimus, & ad omnia quæcunque ei ſuperior iniungeret obeunda promptiſſimus, ad ea maximè, quę ſalutem animarum promouere, quacumque ratione viderentur. Quocumque terrarũ per obedientiam mittebatur, eum locum paradyſum ſuum reputabat, affirmans eum omnium amœniſsimũ ſibi videri. Ad ſoluendas incanta-

Eius patria

Viſit Palæſtinam.

Diſciplinæ monaſticæ & obediẽtiæ obſeruantiſſimus.

Diſſoluit incantationes.

tationes magicas & opera diaboli deſtruenda, tantæ virtutis exiſtimatus eſt, vt eam ob cauſam etiam dęmonibus ipſis terribilis habitus fuerit. Religionis ac iuſtitiæ zelo mirum in modum ardebat, adeò quidem, vt nec magnis viris parceret, ſicubi in rempublicam peccari videret. Cuius generis vnũ hoc, quod ab eo paulò ante coortam nouiſsimæ perſecutionis tempeſtatem factum fuit, referam. Cum animaduerteret non modo patriæ ſtatum politicum, verum & religionem ex occaſione noui tributi in graue ac manifeſtum diſcrimen adduci, grauiter eam rem ac luctuosè deplorans, inter alia ſic aliquando pro concione locutus eſt: Nulla nunc tuendę religionis cura. Nuſquam quæruntur hęretici. Nulla pro ijs vel de ijs ſolicitudo ne pereant vel ne perdant. Iacent leges, dormit inquiſitio; Pullulant hæreſes atque ſuccreſcunt, & paſsim nemine prohi-

Zelus iuſtitiæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

hibente graſſantur impunè. Solus quæritur decimus denarius. In hunc iam omne ſtudiũ & cogitatio conuertitur. Et quid multis? *Omnes enim quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti.* Et illa quidẽ tũc ab Hieronymo non minus verè, quam liberè dicta ſunt: quamuis alioqui vir eſſet ſingulari tum manſuetudine, tum morum facilitate atque animi candore. Sermonis autem ea erat gratia, vt animos variis cupiditatũ motibus agitatos efferatoſque, ſuâ linguâ, velut alterâ Dauidis cytharâ demulceret, & ad tranquillitatem, cultumque vitæ ſanctioris reduceret. Toto etiam captiuitatis tempore diu noctuque non ceſſauit à cohortandis & animandis fratribus, vt ſuſceptum pro veritate certamen, ad metam vſque perducerent. Erat autem annorũ ferè quinquaginta, quando curſum mortalis vitæ nobili martyrio conſummauit.

Philip. 2.

Sermonis vis.

Eius ætas.

Brevis vitæ
B. Theodori Emdeni, Martyris Gorcomienſis,
SERIES.



Promiſsas contempſit opes, et ſprevit honores,
Nudus q; nudum maluit Christum ſequi.
Præfuit Agneti ſacris compluribus annis
Gorcomij fideliter ſororibus.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Pſalm. 123.

B. THEODORVS EMDENVS, Vir pius & eruditus, Amorfortiæ (quod eſt opidum non incelebre ditionis Vltraiectinæ) natus eſt honeſtâ & Catholicę religionis ſtudioſâ familiâ; & ea quidem adeo numeroſa, vt ipſe à centum ferè diuerſę ætatis & ſexus hominibus, patruus aut avunculus ſalutaretur. Huic adoleſcenti cum agnati eius (vt ſe habet hodiè carnalis agnatorum adfectus) opimum aliquod Sacerdotium in reliquam vitæ partem commodè tranſigendam procurare vellent; ab huiuſmodi curâ & cogitatione deſiſtere eos iuſsit. Cum deindè in Abbatiâ quadam, ſi in eâ monaſticen profiteri vellet, multum ei dignitatis atque eminentiæ promitteretur; iis contemptis, quod nudumChriſtum nudus ſequi mallet, & famulum eius Franciſcum, in eo vitæ genere monſtrando, præcipuum ductorem eſſe didiciſſet, ſanctiſsi-

Eius patria & progenies.

Ordinem S. Franciſci præ cæteris eligit.

ſtiſſimum illius inſtitutum amplexus eſt. Erat autem amator & ſectator primæ illius atque auſterioris diſciplinę ſui Ordinis ; cuiuſmodi ſe iuuenem reperiſſe, cum primùm eam religionem ingrederetur, dicebat. Pręfectus fuit apud Gorcomienſes ſacris virginibus Monaſterij S. Agnetis, tertiam S. Franciſci Regulam profeſsis. Quo in munere dum ſedulò ſanctèque verſatur, iam ſenex aut ſenio proximus , ad communem cum fratribus Martyry palmam euocatus , ex hac vita migrauit.

Præfuit ſacris monialibus.

BRE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Brevis vitæ
B. Nicaſii Ioannis, Martyris Gorcomienſis,
SERIES.



Funes ceciderunt mihi in præclaris. Pſal. 15.

B. NICASIVS IOANNIS Adriani Filius, à quodam Campaniæ noſtræ pago, qui naſcentē eum excepit, Hezius dictus. Quo cognomento ex nomine patriæ accepto, multi alij appellati fuerunt, eiuſdem ferè familiæ viri, doctrinâ & pietate celebres; atque in-primis Theodoricus Hezius Nicaſij patruus, qui Adriano Sexto Pontifici Maximo Romæ aliquando fuerat à ſacris miniſteriis; ac poſtea apud Leodienſes authoritate multum exelluit. Nicaſius ipſe vir fuit pietate conſpicuus, atque euangelicæ perfectionis, egregius ſectator: Idemque in eâ Theologiæ parte, quæ contemplationi intenta eſt, ac myſticos ſacræ ſcripturæ ſenſus exquirit, inſigniter verſatus. Quæ cauſa fuit, vt ſermones eius ad populū, ſubliminiores & ſubtiliores haberentur, quam qui à vulgo poſſent intelligi. Is ante ſuſceptum ſacræ religionis

Nicaſij patria & inſignis familia.

Eius pietas & ſtudium perfectionis.

nis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

nis habitum, egerat annos nō pau-
cos in Academiâ Louanienſi: Vbi
poſt artium liberalium decurſum
ſtadium, ſacris literis in Adriani
Sexti collegio (quod Pontificium
vocant) operam dedit, & eruditio-
ni ſuæ debitum baccalaurei titulũ
adeptus eſt. In lectione ſcripturæ
ſacræ tam erat exercitatus, vt ma-
gnam eius partem memoriter te-
neret. Pſalterium totum callebat
ad vnguem. Libros omnes inſtru-
menti noui (pręcipuè verò epiſto-
las Apoſtolicas) ex memoriâ recita-
re poterat. Porrò in conſilijs dan-
dis & conſolandis miſeris valebat
plurimùm. Qua in re (quod rarum
eſt & admirandum exemplum) ne
minimum quidem ſuo commodo
tribuebat, munuſcula etiam quan-
tulacunque accipere omnino re-
cuſans: tametſi licitè & citra cuiuſ-
piam offenſionem id facere inter-
dum potuiſſet. Quoties autē petē-
tibus conſiliũ impertiebat, è ſacris
literis

S. T. Baccalaureus.

Mirũ eius ingenium.

Prudentia.

literis vel Patrum ſcriptis aliquid proferebat, quo ſuam ſententiam confirmaret. Eam interim moderationem ſeruabat, vt ſi quando ab aliquo conſuleretur, cuius ipſe confeſſionum non eſſet auditor, potius ac prius eum ad ſuum remitteret Confeſſarium; cui vniuerſum animi eius atque interioris hominis ſtatum certius perſpectum atque exploratum eſſe non dubitaret. Iam verò vt & horas ſuas optimè collocaret, & pluribus prodeſſet; multos libellos, quos ad pietatem & adfectuum mortificationē quā maximè profuturos iudicabat, in linguam Belgicam ex latinâ conuertebat; ac ſuâ manu deſcriptos paſſim diſcipulis ſuis, vtriuſque ſexus hominibus, liberaliter & gratis diſtribuebat. Erat ei matertera, Lucia nomine, quæ cum primâ ætate corpore ſana, ac viribus integra fuiſſet, poſteà Domino eam viſitante membrorum omnium ad

Temporis cura & ſtudium.

Viſitat materteram.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

eò facta eſt impos, vt loco ſemetipſam mouere numquam deindè potuerit; ſed in ſella geſtatoriâ, quocũque opus erat, alieno miniſterio portanda eſſet. Hanc Nicaſius vt ſingularem Dei amicã, quotannis ſemel inuiſebat; vt & pię conſolationis officium ei impenderet, & ad patientiam hortaretur.

Spiritus prophetica.

Cum poſt priores tumultus (quos per Belgium noua Geuziorũ factio concitauerat) magnâ Belgicę Eccleſię tranquillitas ſucceſsiſſet; Catholicis ſecurâ libertate, quæ ſuæ ſunt religionis, exercentibus, aduerſariorũ factione penitus, vt videbatur, oppreſſâ: prædixit Nicaſius iterum breui tam grauem exorituram perſecutionis procellam, vt, quo cruentas hęreticorũ manus evadant, in ſyluis ac ſpecubus abdere ſe prę metu Catholici cogerẽrent, adeoque quo ſe vertãt, neſciant. Quod haud multò poſt, euentu comprobante, cum publico luctu

ita

ita eſſe didicimis : Numquam ille tamen, re ita ſuccedente, tamquam ob rem inexſpectatam ac nouam attonitum ſe aut conſternatū oſtēdit: quippè qui diuino ſpiritu (quod fas eſt credere) ea euentura dudum antè præuidiſſet : ſed hoc tantum verbo ſe ſuoſque ſolabatur ; quoniam ſic eſſet voluntas Dei. Com- ætas illius.
pleuerat autem annos ætatis ſuæ quinquaginta vel eo amplius, quādo per glorioſum Martyrium mortali exutus corpore, cœpit eſſe cum Chriſto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Brevis vitæ B. Willehadi Dani, Martyris Gorcomienſis, SERIES.



Eduxit nos de tenebris & vmbra mortis; & vincula noſtra dirupit. Pſal. 106.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

B. WILLEHADVS DANVS ſocios omnes paſsionis, annorum numero longè ſuperauit; vtpotè nonagenarius aut certè illi ætati proximus. Vir ſtatura procerus, vultu ac toto corpore adeo macilentus, vt oſsibus ac pelle tantum conſtare videretur. Eum in Daniȩ regno natum & educatum, & B. Franciſci Regulam profeſſum, commota in Catholicos præſertim religioſos, perſecutionis rabies è Cimbriâ in Britanniam profugere, atque hinc mox profligatum Scotiam adire, inde quoque depulſum in Belgium vicinamque Hollandiam ſe recipere, coëgit: Ita quidē diſponente Deo, vt per eam fugam corona martyrij dilata duntaxat ei fuerit, non ablata. Profugum itaque vt fratrem ſuſcepit, ac toto deinceps tempore aluit cœnobium Fratrum Minorū Gorcomienſium; vbi & linguam Belgicam, cuius initio prorſum igna-

Eius ætas.

Corporis deſcriptio.

Exulat ob fidem Catholicam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

B. VVillehadi virtutes.

ignarus erat, didicit. Eminebat in illo viro morum ſimplicitas, vitæ puritas, verborum parcitas: Quæ virtutes eũ Deo & hominibus commendabant. In audiendis peccatorum confeſsionibus nõ minore fructu, quam labore & ſedulitate verſabatur; multis ad eum, ob ſpectatam hominis integritatem, exomologeſis cauſâ concurrentibus. Precibus, iuxta Dominicum ſimul & Apoſtolicum præceptũ, ſemper ac ſine intermiſsione vacabat. Cumque ingruenti in Eccleſiã nouiſsimæ perſecutionis tempeſtate rogaretur à quibuſdam, vt pro Eccleſię tranquillitate Deum oraret; reſpõdit id ſe facere continuò diebus ac noctibus. Nec dubitatũ eſt ab ijs, qui virum nouerant, verum eſſe quod diceret. Nam neque poſtea moleſtię carceris eum ab orationis aſſiduitate reuocare potuerunt: Etenim ferè vnà cum Nicaſio fixis in terram genibus orationi iugiter

Precibus ſemper intentus.

in-

inſiſtebat. Faciebant autem id ambo tantâ mentis alacritate & ſecuritate, vt non carceris ærumnis affici, ſed lautis epulis refici viderētur. Denique ſolâ morte ſtudium orandi vir ſanctus terminauit, vt ad eam perueniret vitam, in qua & orationis fructum perciperet, & paſsionis ſuę prœmio ſine fine gauderet.

BREVIS VITÆ

B. Godefridi Meruellani, Martyris Gorcomienſis,

SERIES.



Dirumpamus vincula eorum, & proyciamus à nobis iugum ipſorum. Pſalm. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

B. GODEFRIDVS MERVELLANVS ſacratæ ſupellectilis cuſtos, quem Sacriſtam vocamus, idemque Confeſſionibus pœnitentium audiendis deſtinatus fuit. Multum piæ occupationis ponebat in imprimendis ac depingendis Chriſti & Sanctorum imaginibus, quę deindè inter pios homines diſtribuebãtur: Quò ſanctè eorum animi ad maiorem CHRISTI Sanctorumque amorem & cultum, vt ignito carbone ſtupa, ſuccenderentur & imflammarentur. Eius officium & exercitium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Brevis vitæ
B. Antonij Weerdani , Martyris Gorcomienſis,
SERIES.



Omnes funiculi mei dirupti ſunt. Ierem. 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

B. ANTONIVS, Weerthę (quam communem cum P. Hieronymo patriã habuit) ortus, ſincerum ac fidelẽ egit verbi Dei concionatorẽ. Is ſæpè vicatim apud ruſticos indefeſſo labore verba vitę diſſeminans, ſimul eorũ pietatẽ excitabat ad gratuitã temporalis ſubſidij communicationẽ. Quâ ſuâ ſolicitudine nõ exiguam opem ad ſubleuandas fratrum ſuorum neceſsitates conferebat. Vitã agebat ſatis duram; ſed quam hilaritate animi temperabat. Eâ cõcione, quam ad populum habuit nouiſsimam, ſeriò ad orandũ Deum auditores hortabatur, huiuſmodi verbis: Nunc, ſi vmquam alias, tempus eſſe, quo inſtantiſſimè Deum orare oporteat. Gladiũ enim iugulo iam admotum, ſecurim ad radicem arboris poſitã eſſe; videlicet è proximo imminentem Eccleſię perſecutionem & vaſtationẽ, quaſi diuino monitu præſentiſſet, ſignificans.

Egregius concionator.

Vitã auſterus & feruidus.

BRE-

BREVIS VITÆ
B. Antonij Hornarienſis, Martyris Gorcomienſis, SERIES.



Poſuerunt peccatores laqueum mihi , & de mandatis tuis non erraui. Pſalm. 118.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

B. ANTONIVS, Hornarię, vico iuriſdictionis Gorcomianæ, parentibus natus eſt pauperculis quidem illis & ruſticanis, ſed iuſtitię non minus quam religionis auitæ cultoribus tenaciſsimis, & profectò martyre filio non indignis. Sacris concionibus ad plebem habendis operam Eccleſiæ Dei nauauit haud inutilem, eo magis quod â doctrinâ vita minimè diſcordaret.

Eius progenies.

Verbi diuini concionator.

BRE-

BREVIS VITÆ
B. Franciſci Rodii, Martyris Gorcomienſis,
SERIES.



Coeperat ad plebem munus præconis obire,
Iam junior, novusq; myſta, dexterè:
Nobiliore Deus ſubitò cum funere raptum,
In Martyrum jubet cooptari chorum.

Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Pſalm. 123.

B. FRANCISCVS RODIVS, patria Bruxellenſis, vix dum ſacro Preſbyterij Ordine initiatus, ætate florenti ad Martyrij coronam ab Agonotheta Chriſto euocatus eſt. Biennio ferè ante mortem lectioni & ſtudio ſcripturę ſacrę ſe totum addixerat, eâque diligentiâ iam effecerat, vt & concionandi munus ad plebem fœliciter obiret, & ſpem daret egregij profectus in poſterum, niſi fœliciori morte præuentũ, repente Deus ſanctorum ſuorum gloriæ ſociaſſet.

Eius patria

Illius ſtudium & ingenium.

BRE-

BREVIS VITÆ
B. Petri Aſſchani, Martyris Gorcomienſis,
SERIES.



Educes me de laqueo hoc quem abſconderunt mihi: quoniam tu es protector meus. Pſal. 30.

B. PETRVS ab ASSCHA, non incelebri Brabantiæ vico, Laicus fuit; ſed tamen regulæ profeſſione in familiam B. Franciſci cooptatus, rerum temporalium fideli ſedulaque procuratione vtilem fratribus operam præſtare ſolitus erat. Patria illius & exercitium.

Diſpenſatoris etiam rerum culinarium munus in Conuentu Fratrum Minorum Syluę-ducis ſedulò executus eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

BREVIS VITÆ

B. Cornelii Wicani, Martyris Gorcomienſis,

SERIES.



Mementote vinctorum tanquam ſimul vincti. Hebræ. 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

B. CORNELIVS, Doreſtati Batauodurorũ opidulo agri Vltraiectini (quod hodie Wica dicitur) natus, itidem laicus fuit, ac fratribus ſuis à negotiis quotidianis, quem familiarem vocamus. Ceterum vir bonus & ſimplex, & obediendi promptiſſimus. Qui aliquando cum Buſciducis ageret, vocatus à Guardiano ſuo, dicẽte; Frater Corneli, eundum tibi erit Vltraiectũ: ſtatim ſe paratum eſſe reſpondit. Nihilque de negotio, cuius gratia mitteretur, ſciſcitatus, continuò iter arripuit. Vt autem venit Vltraiectũ, ab eius loci Guardiano interrogatus, cur veniſſet; retulit mandatum Guardiani ſui quo dixerat: Eundum eſt tibi Vltraiectum. Nec quicquam præterea. Miratus ille fratris tam ſimplicem obedientiam, reuerti eum iuſſit ad ſuum Guardianum, & quid vellet, quærere ac renunciare.

Eius patria

Inſigne ſimplicis obedientię exemplũ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

BREVIS VITÆ
B. Leonardi Vechelij, Martyris Gorcomienſis, SERIES.



Laboro in Euangelio vſque ad vincula quaſi malè operans, ſed verbum Dei non eſt alligatum. 2. Tim. cap. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

B. LEONARDVS Parochus primarius Eccleſiæ Gorcomianę, Sylueę-ducis munitiſſimo Brabantię opido natus, optimos ſanè parentes habuit, quorum virtutum ſplendor vt in ipſo, ſic & in progeniei ſucceſſoribus (quibuſcum mihi nõ exigua intercedit notitia) mirificè relucet. Hic, cũ primũ per ętatem licuit literis imbuendus traditus eſt in vrbe natali; vbi Gymnaſium Fratrum tunc erat longè celeberrimum. Inde Louaniũ miſſus, artes liberales perdidicit in Pędagogio, cui Falconis inſigne & nomen eſt. Eius autem ſtudij percepta laurea, cuius & tertium ſortitus eſt locum, cum toto iam animo ad ſanctiora ſtudia anhelaret; paulò poſt in Collegium Adriani VI. fuit receptus: Ubi nouem plus minus annos continuos Sacrę Theologiæ operam dedit. Quo quidem ſtudio id aſſecutus fuit, vt quamuis non vltra Baccalaurei gradum proceſſerit,

Eius patria & optimi parentes.

A'puero dat operã litteris.

Mittitur Louaniũ.

Inſignis eius doctrina.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

rit, inter pręcipuos tamen Theologos numeraretur, vt rerum diuinarum peritiâ multos eorum qui gradu præcederent, antecelleret. Sub finem illius ſtudii, publicis Theologiæ Candidatorum Diatribus, quibus ad Baccalaureatum exercẽtur, Præfectus, quem Priorem vocant, eſt deſignatus.

Præfectus Candidatorũ Theologiæ deſignatur.

Contigit eo tempore deſiderari Parochum apud Gorcomienſes; placuitque non aliundè quã Louanio peti. Porrò nullus ad eam prouinciã viſus aptior Leonardo. Qui rogatus vix tandẽ aſſenſit, ita ſuadente potiſſimũ Ruardo Tappero, Louanii id temporis Theologorum Coryphæo, nec nõ Academiæ Cancellario. Qua quidẽ in re Ruardus adimplendũ, quod ipſe futurũ prędixerat, cooperari viſus eſt. Nam vt de illo refert in quadã ad Rudolphũ II. Imperatorem præfatione Reuerendiſſimus Dominus Lindanus Epiſcopus Rurę mondenſis eius itẽ

olim

olim diſcipulus, in publicis præle-ctionibus dixit frequentius ad ſuos auditores [quorũ vnus Leonardus] huiuſmodi verba: *Sunt inter vos qui Chriſti, ac fidei Catholicæ cauſa trucidabũtur.* Cuius certè dicti veritatẽ Leonardus imprimis, ab ipſo Ruardo in Hollandiã miſſus, morte ſuâ comprobavit.

Mirum de Leonardi Martyrio præſagiũ.

Sic igitur ille paſtoralem ſuſcepit curam plebis Gorcomianæ; apud quã magnæ fuit authoritatis multoque in pretio, idque potiſſimũ ob hæc tria: integritatem vitæ, rerum diuinarum ſcientiam, & facundiam ſingularem. Porrò quanti ille à doctiſſimis viris habitus fuerit, vel hoc arguit, quod aliquando Louanii in publicâ Theologorum diſputatione quiddam de quo diſceptabatur illius vſu ſeu praxi fuerit aſſertum, atque eius allegato nomine, diceretur: In huiuſmodi caſu ſic facit Paſtor Gorcomienſis.

Fit Paſtor Gorcomẽſis.

Summa illius apud Doctos authoritas

Ceterum charũ omnibus reddebat inſignis viri modeſtia, ac morũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

comitas facilitaſque; ſed quam ita grauitate temperaret, vt pariter & authoritati conſuleret & gratię. Magna fuit & perpetua eius in pauperes largitas; Sed eo maximè tempore probata, quo fames ingẽs totum ferè Belgium depaſcebat. Tunc enim non facultates modo, ſed & ſua (vt ita dicam) viſcera profundere viſus eſt in pauperes: Quod dum faceret, geminum Paſtoris officium exercebat, ſimul & inopes alimento paſcens, & diuites exemplo. Solitus autem erat ea per æſtatem ſimul comparare, quibus hyeme ſubſequenti in pauperes diſtributis, eorum indigentiã ſolaretur; veluti caſeos, ceſpites focarios, aliaque huiuſmodi: Idque etiam eius æſtatis initio, qua martyrio coronatus eſt, facere iam cęperat. Caſtitatem perpetuò ſeruauit, non illibatam modo, ſed ab omni quoque ſiniſtrâ ſuſpicione liberam: Quam autem in caſtiganda & edomanda

Benigna eius in pauperes liberalitas.

Caſtitas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

carne ſeuerus in ſeipſum ac rigidus fuerit, ex hoc vno conijci poteſt; quod ita exactè ipſe cum collega Poppelio ſeruare ſolitus erat quadragenarium Eccleſiæ ieiunium, vt euidenter in vtriuſque vultu maceratio carnis ex abſtinentiâ appareret, atque ob id à nonnullis eorum familiaribus diceretur; verè eos illo ieiunio decimas pendere carnis ſuę.

Abſtinẽtia & vitæ auſteritas.

Porrò tanto exęſtuabat pietatis zelo, vt, quoties res poſceret & officij ſui neceſſitas, nullius vultum, reuereretur, quo minus audacter & vitia caſtigaret, & veritatem eloqueretur. Peſſimam quorumdam conſuetudinem, qua pactis ſponſalibus ſtatim ad communem thalamũ futuri coniuges admittuntur, antequam ſolemni ritu Eccleſiæ Matrimonium contraxerunt, velut rem inter Chriſtianos minimè ferẽdam, acerrimè inſectabatur. In paruulorum Baptiſmo hęreticos ſuſ-

Pius eius animarum zelus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

ceptores nequaquam patiebatur; nolẽs infantem baptizare niſi prius aduocato ſuſceptore catholico. Neque ſinebat iiſdem imponi nomina peregrina, ethnica, vel eiuſmodi, quæ nullius Sancti appellatione conſecrata iam ante fuiſſent.

Stupenda B. Leonardi manſuetudo.

Viſne & huius ſancti viri ſtupendam manſuetudinem ſubiungam? Verbo factoue Ieſus, ab iis maximè qui à tramite rectę fidei longius aberrarent, placidè tolerabat atque etiam diſſimulabat iniuriam. Contigit non ſemel hęreticos feneſtram domus eius vitream, quæ ad plateã erat, proiectis in eam lapidibus lacerare. Quam ille ſtatim altero die, accito vitriario, refici curabat, vt nec veſtigium illius iniurię reliquũ pretereuntibus appareret; Hacque inſigni manſuetudine ac patientiâ, multorum fregit ac vicit hæreticorum animos. In ægrotantes & clinicos nihil non tentabat, vt eos è Dia-

Exemplũ.

Ægrotantium cura.

Diaboli faucibus eriperet; Neque contentus doctrinâ, ſupplex interdum & flexis etiam genibus eos exorabat, é vitâ ne diſcederent ſine pœnitẽtiâ & viatico corporis Chriſti: At ita, vt ante omnia fidem exigeret huius myſterii; quam paſſim ab omnibus ſollicitè exigebat. Denique totus in hoc erat, vt quos ſuorum noſſet in fide fluctuantes, regeret, confirmaretque: deuiantes ab errore in rectam reduceret viam; nihil pertimeſcens hæreticorum inuidiam atque nequitiam, quam frequentius in aperto etiam campo ipſi grauiter intentarunt: Atque (vt breuibus agam) hæreticę factionis hominũ erat ſtrenuiſſimus inſecutor, Sathanicam eorumdem machinationem omni pio conatu euertere & deſtruere ſatagens.

Rurſum gliſcente indies Geuziorum apud Gorcomienſes factione venit ad eum Sylua-ducis ſoror

eius

Sororis eius votũ & ſolicitudo.

eius pudiciſſima virgo de chariſſimo ſuo fratre plurimum ſollicita, rogans eum cũ lachrijmis vt imminenti periculo ſe maturè ſubduceret ; horrenda quędam Geuziani furoris exempla adferens , quibus ad hoc exſtimularetur: Inter cetera Inſtituti Pręmonſtratenſis ex Abbatiâ Bernenſi Canonicũ Reg. eundemq́ue pagi cuiuſdã haud procul à Syluâ-ducis parochum manibus pedibuſq́ue mutilatum crudeliter interemptum eſſe. Reſpondit ille ſorori , grauia quidẽ hæc eſſe , quæ narraret. At nihil eſſe tam graue, cuius metu, commiſſurus ſit vt gregem ſibi concreditum, ope ac miniſterio ſuo deſtituat , etiamſi vitam & ſanguinem impendere foret neceſſe. Sicq́ue eiuſmodi reſponſo mœſtam ſororẽ à ſe dimiſit. Ferunt hoc ipſo die quo martyrium fortiter ſubijt, qui IX. Idus Iulii , anni M. D. LXXII. erat, Leonardum inter ceteros S. Theologię Candidatos

Ingens Geuziorũ atrocitas.

Verilis animi cõſtantia.

NOTA.

datos Louanii Licentię (vt vocant) Laurea decorandũ: Sed aliter Deo Optimo Maximo viſum fuerat, qui illum coronâ potius martyrii tunc ornandum eſſe cenſebat. Annum agebat circiter quadrageſimum quintum, quando immarceſſibilem gloriæ coronam fœlici certamine promeruit.

Eius ætas.

BRE-

BREVIS VITÆ

B. Nicolai Poppelij, Martyris Gorcomienſis,

SERIES.



Inuenti ſunt in populo meo impij inſidiantes; quaſi aucupes laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. Ierem. 5.

B. NICOLAVS Ioannis filius, cognomēto Poppelius, Welda vico Cāpanię ortus, alter Gorcomienſium Parochus fuit. Hic poſt Grammaticę ſtudia Louanium miſſus, victum, vt pauper, & inſtitutionem accepit in eo Collegio, cui Domus Standonicę nomen eſt. Ibi primū Philoſophię, deindè Theologiæ ſtudiis animum diligenter excoluit. Inde à Leonardo Gorcomium accitus primum ſubſidiariam illi operam in paſtorali functione nauauit. Poſtea, cum certo conſilio diuiſū eſſet Paſtoris officium, alternis deinceps hebdomadis ac pari iure cum Leonardo parochum egit: tametſi penes illū, vt ſeniorem alijſque nominibus potiorē, maior ſemper remanſerit authoritas. Quamuis autē nec ſermonis, nec familiaris & ad hominū ingenia accomodatę cōuerſationis, parē cū ſuo collegâ gratiā accepiſſet Poppelius, magnâ tamen animi integritate ac puritate Deo ſeruiebat. Ce-

Locus natalis.

Exercitiū ſtudiorum.

A Leonardo Gorcomium aduocatur.

Cum eodē agit Paſtorem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Corporis deſcripto.

Ceterũ corpus illi erat benè cõpactũ, & ferẽdis aptũ laboribus, vultu ſubpallidus erat, ac ferè ſẽper meditanti ac ſollicito ſimilis; Adeoq́ue in ſubeundis ac perferendis laboribus aſſiduum atq́ue infatigabilẽ ſe prẹſtabat: vt vulgò **Slaefken/** (id eſt latinè ſeruulus) ob id agnominaretur. Quod ille tam non ægré tulit, vt piam illam ſeruitutem ſuã libenter agnoſcens, deq́ue eâ ſibi gratulans, elogium indè ſumpſerit, ſeptem monaſyllabis teutonicis comprehenſum: **Hy ſlaeft wel die in Godt ſlaeft** / quod ita latinè ſonat: Is benè ſeruit, qui in Deo ſeruit.

Illius de pia ſeruitute elogiu.

Agit Catechiſtam.

Catecheſim ad piam & pernéceſſariam Iuuentutis iuſtitutionẽ, diligenti cum induſtriâ feſtiuis diebus in Sacello S. Spiritus docuit. Parẽtibus natus fuit pauperculis quidẽ illis, ſed pijs ac Deum timentibus. Matrem dudum ante ſe vitâ functã ita honorabat, vt pro eius ſalute iugiter & ipſe Deum oraret, & publicas preces de ſuggeſtu peteret.

Parentum amor & honor.

Quo

Quo tempore parochum agebat, aliquando perfectius quoddam vitæ genus meditatus, conſtituerat ſeſe ad religionem Clericorum Societatis Ieſu (quorum inſtitum Eccleſiæ Dei perutule, famâ teſtante, cognouerat) conferre. Sed quoniā Eccleſię Gorcomianę pernece ſſaria viſa fuit opera tam boni paſtoris, factū, vt conſilio Leonardi collegę ſui, & Antonij iunioris Canonici probatiſsimę conuerſationis viri, piū hoc propoſitum non impleret. Rogatū parentis, quo ſummoperè expetebat vt hocce perículoſiſſimo rerum ſtatu immanem hoſtium fūrorem declinando, ſecum Gorcomio in patriam ſecederet; per virilem animi conſtantiam, & accuratam ouium ſuarum curam fortiter renuit. Venerabile Sacramentum corporis Chriſti ſingulari ſemper ac deuotâ ſollicitudine cuſtodiebat, quoties ab hæreticis, ne contumelioſè tractaretur, periculum erat;

Meditatur Inſtitutum Societatis Ieſu.

Reijcit parentis inſtantiā ob muneris rationem.

Venerabilis Sacramenti ſumma reuerentia & cura.

deferens illud clam ſub noctem in ædes Catholici atque optimi viri Heſſelii Eſtii. Quoties verò Dominicum corpus per viam, ſiue in proceſsione publicâ, ſiue ad infirmos portabat; ſi quem forté circumſpiciens videret nō adorantem, ſtatim eum palam increpabat, iubens vt debitum Deo ſuo honorem exhiberet: Si non pareret, minabatur animaduerſionem publicæ poteſtatis. Mane eius diei, quo in arcem Gorcomianam ſe recepit, inſtante periculo, poſtremum Miſſę ſacrificium in ſummâ æde peregerat. In quo ſe totum diuinę voluntati, ſiue ad viuendum, ſiue ad moriendum deuouit tradiditque. Inde cum habitu cultiore indutus arcem peteret, dicenti cuidam: Videris mihi, Domine Paſtor, ad nuptias proficiſci; reſpondit (verè non aliter animatus:) Vtinam detur pro fide Catholicâ ſanguinem fundere. Nō defuit pio deſiderio effectus. Sacro

Pietas.

Martyrij deſiderium

Mar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Martyrio nobilitatus eſt annum agens ferè quadrageſimum : cum annis quatuordecim in Eccleſiâ Gorcomianâ Deo ſuo piè ſeruiuiſſet.

BREVIS VITÆ
B. Godefridi Dunæi, Martyris Gorcomienſis,
SERIES.



Noli erubeſcere teſtimonium Domini noſtri, neque me vinctum eius. 2. TIM. 1.

B. GODEFRIDVS cognomento DVNÆVS, patriâ Gorcomianus, patrem habuit Theodoricum, virum probũ ac pium, qui (tametſi plebeius & illiteratus) partim ſuis, partim ſuo ſtudio & ſollicitudine collectis impendijs exſtruxerat Gorcomij titulo Deiparę virginis Sacellũ ſuburbanum ad leproſos. Godefridus poſt prima litterarum rudimenta, Lutetiam Pariſiorum miſſus, artiũ liberalium ac linguarum cognitioni operam dedit, magis autem ei curę fuit, vt quam optimè vitam inſtitueret: Accitis autem aliquot æqualibus quibuſcum ſeorſim & humanitatis ſtudia & pietatis exercitia communicaret, ita vixit; vt monachum potius diceres quam hominem ſęcularem. Eam porrò virtutis & prudentię opinionẽ aſſecutus eſt, vt Rector Academiæ Pariſienſis fuerit, eumque magiſtratum cum laude geſſerit. Hortatu

Vrbs Natalis & parẽtis pietas.

Mittitur Pariſios ad ſtudia.

Religioſa eius conuerſatio.

Fit Rector Academiæ Pariſienſis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

cuiuſdam aucunculi ſui preſbyteri inductus fuit, vt preſbyterij ordine initiari ſe pateretur. Ordinatus Sacerdos in Parochũ aſſumitur opidi cuiuſdã Gallicarum partium Belgio finitimi.

Fit Parochus.

Virtutum ſeries.

Vitam ſemper integerrimam atque inculpatam duxit. Sobrietatem perpetuò coluit. Quartis & ſextis ferijs ieiunandi conſuetudinem habuit, quam perpetuò retinuit. Seipſum caſtum omni ſolicitudine cuſtodiuit. Si quando noctu cubantem carnis ſtimulus inquietaret, ſtrato confeſtim exſiliebat, & genibus ſolo fixis orabat Deum, ne in tentationem induceretur. Per diem in domo Dei ferè verſabatur, precibus, alijſque pietatis actionibus intentus. Vnico eoque tenui beneficio Eccleſiaſtico, cui præſens deſeruiebat, contentus. Aliquando Rutgeri, fratris Eximij Domini M. N. Guilielmi Eſtij, ſibi ad Miſſæ ſacrificium mi-

NOTA.

niſtran-

niſtrantis oculos, cum malè affectos videret, aqua ablutionis poſt communionem ipſe ſponte lauit, & ſanati ſunt. Hæreſes vt rem peſtiferam execrabatur. Martyrium ſubiit annos natus ferè ſeptuaginta. Eius ætas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

BREVIS VITÆ

B. Ioannis Ooſterwicani, Martyris Gorcomienſis,

SERIES.



Communionem mortis ſcito; quoniam in medio laqueorum ingredieris. Eccl 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

B. IOANNES ab Ooſter-wica, Brabantiæ vico, Sylua-ducis haud longè diſſito; monachus fuit Ruggenſis Monaſterij. Qui locus (vt dictum eſt) iſtorum, quos hiſce effigiebus quaſi ad vitam reuocamus, S S. Martyrū ſupplicio poſtea nobilitatus fuit. Erat autem Monaſterium Ordinis S. Auguſtini, eorum qui Canonici regulares appellantur. Indè porrò Ioannes Superiorū mandato Gorcomium miſſus, prȩfuit monaſterio Sanctimonialium eiuſdē inſtituti. Ingenti Martyrii deſiderio exȩſtuabat. Cum enim Geuzii, Ruggenſi monaſterio vaſtato, quemdam illic è fratribus, viuo naribus auriculiſque amputatis, diré interemiſſent, intellexiſſetq; illud vir pius, in hȩc verba prorumpebat: O! vtinam hoc me beneficio dignetur Deus, vt eiuſmodi mortem me quoque oppetere faciat. Audiens hæc verba virgo vetula Sanctimonialis, quæ

B Ioannis patria & profeſſionis locus.

Sanctimonialium Confeſſarius inſtituitur.

Vehemens illius Martyrij deſiderium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

ei miniſtrabat, Vrſula nomine: Pater, inquit, abſit hoc à te; Abſit vt tam acerbum, atque immane ſupplicium ſubeas. Abſit vt vel ſuſpẽdio pereas. Quamuis enim leuius hoc ſupplicium ſit, probroſum tamen eſt quam maximè. Verum ille neque acerbitatem ſupplicii, neque infamiam reformidans, in eodem ardore ſancti deſiderii perſiſtebat, iterumque ac ſæpius illud ingeminabat: O! ſi Deus hac me gratia dignetur. Impletũ igitur eſt à Deo ſanctum viri deſiderium; & quidem eodem in loco vbi vitæ perfectioris initium fecerat atque progreſſum. Porrò de Oiſterwicano, ſilentio prætereundũ non eſt, quod ciues quidam Brielenſes, quibus optimè cognitus fuerat, cum fide retulère. Hominem nimirum iam dudum ſeptuageſimum ætatis annum excedentem, regione tam frigidâ minimeque ſalubri, numquam calefaciendi ſui gratia ad ignem

Res notatu digna.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

nem acceſsiſſe, ſiue aduerſâ, ſiue proſperâ frueretur valetudine.

NOTA.

HI quindecim Maryres, quorum hic cernis effigies, Gorcomij *ab initio Arcis deditæ captiui tenti fuerunt. Quatuor autem reliquos, nempe* BB. *Ioannem Dominicanum, Parochum Hornarienſem, Adrianum Hiluarenbecanum, & Iacobum Lacopium ambo Præmonſtratenſis Inſtituti* Rel*igioſos, ambo Curiones, Atque Andream* Walteri *Parochum Heinortenſem (qui Dordraceni territorij vicus eſt) prioribus illis diuina prouidentia coniunxit, eiuſdem futuros & Martyrij conſortes & præmij. Qui vberiorê horum notitiam deſiderat, ſtudioſe legat cap.* XXXVII. & ſequent. 3. lib. Hiſt. Mart. Gorcom. Guliel. Eſtii.

DE

De flocvlo miracvloso
Ad B B. Martyrum ſepulchrum.



*Flores apparuerunt in terrâ noſtrâ Cant.2.
Surculus iſte in loco martyrij SS. Martyrum Gorcomien̄ prope Brielam in Hollandiâ decerptus, pyxidiq; incluſus, habens 3. vel 4. floſculos, binnio post, A°.1617. inventus eſt, nō ſine miraculo in totidē excreviſſe, quot SS. Martyres fuêre, id eſt, novemdecim.*

Florete flores, quaſi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam, & collaudate canticū & benedicite Dominū in operibus ſuis. Eccl. 39.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

NEC eſt illud de fortuito, quod ſuper BB. Martyrum ſepulchrum germinauerint floſculi albicantes, ante hac numquam vſquam viſi: Magnum ſanè bonitatis ac potentiæ diuinę indicium. De quibus illud admirandũ ſcribitur in hęc verba: *Surculus in loco martyrij BB. Martyrum Gorcomienſium propè Brielam in Hollandia decerptus, pixidique incluſus, habens tres vel quatuor floſculos, biennio poſt, anno milleſimo ſexcenteſimo decimo-ſeptimo inventus eſt, non ſine miraculo, in totidem excreuiſſe floſculos, quot martyres fuere, nonemdecim.*

Solet diuina Bonitas, quo omnibus clarè oſtendat, quam ſibi ſint grata ſanctorum ſuorum merita; ad eorũ cadauera atque ſepulchra mira ac ſtupenda edere miracula: vt de Ioſcione monacho Bertiniano referunt, Thomas Cantip. anno 1180. & Ioan. Molan. in Natalib. SS. Belgii 30. Nouemb. Hic in honorem Deiparæ quotidie deuotè legere ſolitus erat hos quinque pſal

mos

mos 1. M. Magnificat. 2. A. Ad Dominum. 3. R. Retribue. 4. I. In conuertendo. 5. A. Ad te leuaui (quorum initiales litteras ſi ſtudioſè obſerues, hoc nomen MARIA conſtruent) illiſque ſingulis Angelicam ſalutationem AVE MARIA præmittere. Mortuus inuentus eſt in cubili ſuo mirè exornato vultu quinque roſarum floſculis. Vnus egrediebatur de ore & lingua eius, duo de oculis, & duo de auribus; atque in roſa de ore egrediente miraculoſé ſcriptum erat nomen MARIA. Id verò accidit circa Annum 1162.

Huic ſimile recitat Thomas Cantipr libr. 2. Apum. cap. 29. §. 9. de ſancto quodam emeritę militiæ veterano, qui ſęculo tardius renuncians, ſanctum Ciſterſienſium Ordinem introiuit. Cumque è viuis receſſiſſet atque in cœmiterio cum ceteris cadaueribus ſepultus eſſet. O! rem ſtupendam! de tumulo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

eius non multo poſt, à parte capitis arbor naſci ignoti generis viſa eſt, cuius folia literis aureis inſignita AVE MARIA GRATIA PLENA notabiliter ſingula continebant Quod vbi notum fit Diœceſano Pontifici, ad locum venit ipſe miraculi, radicem arboris per effoſſionem diligenter ſcrutatus eſt, & eam de ore veterani illius ortum habere, comprobauit. Nec mora, vbi diuinæ oſtenſionis arbuſcula debitum officium executa eſt, in omnium oculis aruit & defecit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

APPENDIX
CONTINENS
MARTYRIA
Quorumdam aliorum ex
ORDINE
FF. MINORVM
Regularis obſeruantiæ Prouinciæ Inferioris Germaniæ à Geuzijs in Belgio crudeliter occiſorum.

CVM

Adiunctis effigiebus

S. CYPRIANVS,
Ad martyres & Confeſſores lib. 2. Epiſt. 6.

Steterunt torti torquentibus fortiores, & pulſantes ac laniantes vngulas pulſata ac laniata membra vicerunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

APPROBATIO.

APPENDIX hæc, continens alios quoſdam ex Ordine Minorum ab Hæreticis in Belgio occiſos, conuenienter annectetur B B. Martyrum Gorcomienſium martyrio.

Ita cenſeo hac 9. Iunij 1623.

Henricus vanden Leem-putte Cenſor.

ET

PERMISSV SVPERIORVM.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

PRÆLOQVIVM AD BENEVOLVM LECTOREM.

OPeræ-pretium & rem multis iucundam gratamq́ue me facturum exiſtimaui, ſi Martyrij vitæq́ue B. B. Gorcomienſium Martyrum compendioſo recenſui ceterorum è Diui Franciſci familiâ hoc in Belgio noſtro , iſtis calamitoſis temporibus, in odiũ Chriſti & fidei, â Geuzijs immaniter interemptorum, Heroïca certamina ac glorioſos triumphos, loco Appendicis ſubiungerem, & ſpectatim, velut in ſpeculo, omniũ luminibus proponeré. In quibus immaniſſimę crudelitatis portenta, & inuictæ patientiæ ſe demon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

ſtrauerunt exempla, Deo Maximo in gloriam & applauſum, tibi, mihi, omnibuſque auitæ fidei profeſſoribus in admirationem atque imitationem: Quo poſsimus etiã ipſi, talibus prouocati exemplis, virtute pari, deuotione conſimili ac fide, Chriſto Martyrum Rege præſtante, dimicare & hoſtẽ vincere: Vt partâ victoriâ, cum iiſdem Sanctis Martyribus in regnis cæleſtibus triumphemus; imo Chriſtus in nobis: *Triumphus enim Dei eſt* (inquit S. Hieronymus) *paſſio martyrum pro Chriſti nomine, cruoris effuſio, & inter tormenta lætitia; Cum enim quis viderit tanta perſeuerantia ſtare martyres, atque torqueri, & in ſuis cruciatibus gloriari: Odor notitiæ Dei diſſeminatur in Gentes, & ſubit tacita cogitatio, quod niſi verum eſſet Euangelium numquam ſanguine defenderetur.* Sic ergo triumphat in B B. Marty-

ribus

ribus prædicatio Euangelij, in quâ fides vincit infidelitatem, veritas mendacium, charitas Chriſti maleuolorum odia, patientia cruces omnes, perſecutiones & mortes. Et præclarè D. Cyprianus lib. 2. Epiſt. 6. ad Martyres & Confeſſores eos exhortatur, dicens: *Si vos acies vocauerit ſi certaminis veſtri dies venerit, militate fortiter, dimicate conſtanter, ſcientes vos ſub oculis præſentis Domini dimicare, confeſſione nominis eius ad ipſius gloriã peruenire: qui non ſic eſt, vt ſeruos ſuos tantum ſpectet, ſed & ipſe luctatur in nobis, ipſe congreditur, ipſe in certamine agonis noſtri & coronat pariter & coronatur.*

Tu interim amicè Lector hunc tenuem floſculum primò è ſterili hortulo noſtro prodeuntem candidâ mente carpe, pleno fructu vtere, ac dudum fœliciter vale & ſalue; Iuſtum Iudicẽ Beatoſq; Martyres pro me miſello exoraturus.

V. P.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V.P. Ioannis Amici, Martyrium.

Propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis, Pſal. 43.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V. P. IOANNES AMICVS, Louanienſis, ex noſtro Ordine Seraphico Sacerdos, Prædicator & Confeſſarius, è noſtris omniũ primus, quaſi velitando Hęreticorum aciem ingreſſus; quia frater Minor erat, nempè, iuratus hoſtis Hęreticorũ, interemptus eſt. Cum è conuentu ſuo Bergę ſupra Zomam iter inijſſet in viâ â Geuziis grauiter ſclopeto ſauciatus, paulò poſt Louanij ex vulnere mortuus eſt, Anno Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono Iunij decimo octauo. *Eià ergo fortis athleta, dulcis patrone, Aduocate fidelis: exurge in adiutorium nobis, vt & nos de noſtra ereptione gaudeamus; Et tu de plena victoria glorieris.*

Sclopeto interficitur

S. Bernard. Serm. 2. de S. Victore.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Sex FF. Alcmarienſium, Martyrium.

Induxiſti nos in laqueũ, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro: impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Pſalm 65.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Alcmarienſes ſex Martyres, V.P. Daniel ab Arendonck Guardianus Alcmarienſis cœnobij, P. Cornelius Dieſtenſis Sororum S. Claræ pauperum Confeſſarius, P. Ioannes à Narde eius ſocius, P. Ludouicus Voets Concionator egregius, Fr. Adrianus Gaudanus laicus, Fr. Engelbertus Terburgius item laicus. Hos Martyres monaſterium Alcmarienſe Ordini Seraphico, Dei cooperante fauore, dedit. Qui motis ſeditionibus â Geuziis Alcmariæ cũ fugâ ſibi quærere ſalutem cogitarent, capti fuerũt & in vincula coniecti. Vnde poſt triduum extracti, vehũtur Enchuſiam: in viâ proprium ſanguinem, quem iſti pugnis é naribus Patris Cornelij Dieſtenſis excuſſerant, bibere coacti ſunt: Poſt multa probra & iniurias, quas Enhuſię ſuſtinuerunt, cum P. Daniel omnium nomine fuiſſet confeſſus; Verè Chriſtum eſſe in ter, ſanctâ

Conijciũtur in vincula.

Notabilis S. Euchariſtiæ confeſsio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Euchariſtiâ, ſuſpendio fuerunt addicti. Poſtero die, qui D. Ioanni Baptiſtę ſacer erat, mane tentarunt Fratrem Adrianum Laicũ, vt ſuos fratres ſuſpenderet, hoc officio vitâ donandum. Quod ille cum deteſtaretur, ipſe primus appenſus eſt patibulo, ante domum ciuicam erecto, mox ceteri quatuor propriis funibus ſtrangulati. Horum corpora ad veſperam extra portam ſeptentrionalem, in ripa lacus (**mutten** loco nomen eſt) proiecta, cœno, quod eiectum refluens vnda reliquerat, contecta ſunt. Vbi lumina de nocte plures viſa certò commemorant. Paſſi ſunt Anno 1572. Iunij die 24. De his vberius in illuſtri Hiſtoriâ Seraphicâ Admodum R. P. Henrici Sedulij (qui nuper eheu! fæliciter abiit aſt nõ obiit) ad quam ſtudioſo Lectori viam demonſtro.

Laqueis intereunt.

Inſepulti abijciuntur

F. En-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

F. Engelberti Terburgij, Martyrium.

Ipſe vulnerat, & medetur : percutit, & manus eius ſanabunt. Iob. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

FR. Engelbertus Terburgius laicus poſtremus Alcmarienſium, his diebus indicio muliercule proditus in carcerem incluſus fuit. Quem maiori odio præfectus Wigboldus perſequebatur, præſertim quod calices & Eccleſiæ vaſa ſacra, quæ ab ipſo ſeruari dicebantur, tradere nollet: Quamobrē duriſſima ſupplicia pati compulſus eſt. Nam vt fidiculas, pedum exuſtionē, cataſtam, vrinam ori infuſā, flagraquè ſileā; ferunt corpus eius thoracis in modum cultellis conciſum, plagas oleo feruente perfuſas; ouis maximè calentibus exuſtas axillas. Ad finem Nouembris ſitu & macie ſqualidū in pago Ranſdorp/ ex aduerſum Amſtelredamo, ex ſambuco, quæ alta apud cœmiterium excreuerat, ſuſpenderunt.

Incarceratur.

Dira patitur.

Ex ſambuco ſuſpenditur.

V.P.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V.P. Reyneri à Lintris, Martyrium.

Super dolorem vulnerum meorum addiderunt, Pſal. 68.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V. P. REYNERVS A LINTRIS Sacerdos Conuentus noſtri Ruræmondenſis in Ducatu Geldriæ, illuſtriori nobilitatus eſt Martyrio.

Cum Auraicus Princeps Ruræmondam, Geldriȩ Vrbem, ad Moſam fluuium celeberrimam, violenter expugnaſſet, milites eius monaſterium Carthuſienſe vi inuaſère, exclamantes, Ghelt/ Ghelt/ eâ vociferatione ſignificantes, ſe velle pecunias. In introitu interempti ſunt Fratres tres laici, Albertus VViuda, Ioannes Sittart, & Stephanus Ruræmondenſis. Inde in Templum prorumpentes, Venerabilem Priorẽ Ioachimum precibus vnà cum ceteris Fratribus intentum reperiunt, quem cũ vulneribus affIixiſſent, inde extraxerunt: monachi quatuor ibidem necati, nempe; Ioannes Leodienſis & Seuerus, Sacerdotes; Hen-

Carthuſianorum Ruræmondẽſium Martyria.

Henricus Wellem, & Fredericus Diaconi: reliqui grauiter vulnerati ſunt.

F. Vincentius Carthuſ optat Martyriũ.

Miranda ſanguinis aſperſio.

Luc. 23. Orat pro torquentibus.

Vincentius Hercquius, Monachus laicus, ab ijſdem captus, & in templum raptus, genibus flexis poſtquã ad altare Deiparę oraſſet. *Domine Deus, merear quæſo fratribus meis morte, & martyrio ſociari*. Militum vnus eo audito, ingens illi in capite vulnus inflixit, adeo vt ſanguine murus (vti adhuc conſpicitur) admodum altè conſpergeretur: deindè in plateas attractum, num religionem deſerere, & partes Geuziorũ tueri vellet, rogauit; Vitam ſe ei ſeruaturum incolumem. Negauit id ſe facturum Monachus conſtantiſsimè; & ſe mori malle, quam abnegare fidẽ, profeſſus eſt; & precatus: *Domine, ignoſce illis; quia neſciunt quid faciunt*. Sic ab impiis, conſtantiã illius ſtupentibus, ſclopetorũ miſſilibus trucidatus eſt.

Eodem tempore; Paulus à VValwyck, Reuerendiſsimo Epiſcopo

Ru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Ruræmondenſi; D. Guilielmo Lindano à ſacris, qui ad id Monaſterium, vt in hac fœlici turba moreretur, confugerat; itidem eſt interemtus.

In hac vrbe Ruræmondenſi, tam Religioſi quam Sacerdotes, viginti ſex Martyrio vitam finiêre.

Viginti ſex Martyrio affecti.

Inter hos noſter V. P. Reinerus à Lintris, in cœnobio Minoridarũ, ſuprà recenſitus. Quem ſceleſtiſſimi cùm in templo reperiſſent ad ſummam aram, iuxta tabernaculum Dominici corporis deuotiſſimè orantem, veluti ſacram Deoque gratam mactantes hoſtiam, auribus primum naribuſque barbarâ ſæuitiâ mutilatum, multiſque diris vulneribus confectum crudeliter necauerunt, anno ſupra milleſimũ quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. Huius memoria in tabella deſcripta & chori ſedilibus à parte auſtrali appenſa (vbi & ſacrum eius cadauer requieſcit) adhuc hodiè

P. Reynerus mutilatur.

Crudeliter necatur.

Ruræmondę viſitur. O te fælicem Sacerdotem ; cui datum eſt ad arã ſummi Dei ſanguinem tuum profundere, corpus & animam offerre Chriſto. Toties Dominici corporis refectus ſalutaribus Sacramentis, demum calicem ſalutarem accipiens & nomen Domini inuocans fęliciter ad cęlum euolaſti.

Prud. Periſtephan. SS. Hemeter. & Chelidõ. Mart.

VNicum Deum fateri
Sanguinis diſpendio:
Sanguinis ſed tale damnum,
Lux rependit longior.
Hoc genus mortis decorum eſt
Hoc probis dignum viris;
Membra morbis expendenda
Texta venis languidis.
Hoſtico donare ferro,
Morte & hoſtem vincere;
Pulchra res eſt, ictum ſub enſe
Perſequutoris pati.

V.P.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V.P Ioannis Mahuſij, Martyrium.

Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniã multi bellantes aduerſum me. Pſa. 55.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V. P. IOANNES MAHVSIVS Louanij quõdam in noſtro Fratrum Minorum cœnobio ſacrarum litterarum Profeſſor cum laude fuit; atque etiam eximius diuini verbi Prędicator: cui pietas & eruditio ad Epiſcopalem dignitatem, apud ſummum Pontificem, & Philippũ ſecundum Hiſpaniarum Regem viam parauerunt. Primus enim fuit Epiſcopus Dauentrienſis ſalutatus: ſed propter ſenectutem onus tantum & honorem fugiens, ad ruſculum ſe recepit meditandę morti, quam propè ab Audenardo à Geuziis occupato, excepit; perpeſſus ab illis, quę poſteritati ſcripſit Theatrum crudelitatis hæreticorũ, in hęc verba: *Fr. Ioannes Mahus, vir venerabilis ex* Ordine S. *Franciſci, paulo ante deſignatus Epiſcopus Dauentrienſis, à Geuziis inclementiſſime vulneratus, pedibus conculcatus, pluribuſque aliis iniuriis & opprobriis affectus inſtar putidi & abiecti cadaueris in plateis relictus eſt.* Anno 1572. 4 Octobr.

Lector S. Theologię

Epiſcopus Dauentrięſis primus.

Immaniter trucidatur.

V. P Guilielmi Gaudani, Martyrium.

Liberaſti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ. Eccleſ. 51.

V. P. GVILIELMVS GAVDANVS Sacerdos & concionator excellens Conuentus Dordraceni, Dordraco Hollandię primario opido à Geuziis occupato, Bredam conceſsit, atque inde Gertrudebergam concionandi gratia à ciuibus euocatus. Gertrudeberga à Geuziis intercepta, Catholicum præſidium occiderunt, Sacerdotes apprehenderunt, P. Guilielmum cum alio Religioſo coniecerunt in carcerem. Miniſter apoſtata cum fruſtra tentaſſet diſputatione fidem P. Guilielmi, mortem illi decretam dixit. Qui multis orationibus agonem ſuũ Christo Agonothetę commendans, militem regium vnà ductum ad mortem confirmauit pro Catholicâ fide ſubeundam. Ad patibulum medio foro cum veniſſet, magnâ voce hortatus eſt ciues perdurare in fide quam morte conteſtaretur: Atque pro inimicis Deum

P. Guiliel-mus incarceratur.

Eius de fidei conſtãtiã exhortatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

precatus, exitum facilem ſortitus, moriendo venit ad vitam, vultus gratiam ſeruans, quæ viuenti inerat; cuius ergo nonnulli ſeducti ad Eccleſiam reuenerunt. Triumphauit hic glorioſus Martyr, anno M.D.LXXIII. die Auguſti vltima.

S.Bernard. loco ſupra citato.

O martyr inclyte! qui de terra & de cælo glorioſiſſime triumphaſti, illius gloriam, nobiliter ſuperbus, deſpiciens, & huius regna pie violentus diripiens: reſpice de cælo ad vinctos terræ, vt hæc ſit tuorum conſummatio triumphorum, ſi & nobis demum viciſſe te ſentiamus.

Prolixiorem recenſũ huius martyrij vide apud Eximium D. Guilielmum Eſtium in ſua martyrum Gorcomienſium hiſtoria, & R. P. Henricum Sedulium loco ſupra citato.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

F. Ioannis Cuypers, Martyrium.

Ecce ceperunt animam meam : irruerunt in me fortes. Pſal. 58.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

F. IOANNES CVYPERS Traiectenſis, laicus, cocus Conuentus Dieſtenſis, cum eſſet ſocius deſtinatus Patri Arnoldo Hallis ituro in pagum **Loo** prędicandi gratiâ, vix vno milliari ab opido Dieſthemio, crudeliter à Geuziis eſt trucidatus, P. Arnoldus lęthaliter vulneratus, ſemiuiuus domum reuectus eſt, Anno Chriſti milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo quarto, Martii die ſexta. Crudeliter trucidatur.

O miles emerite! qui Chriſtianæ militiæ duris laboribus angelicæ fælicitatis requiem commutaſti: reſpice ad imbelles & imbecilles commilitones tuos, qui inter hoſtiles gladios, & ſpiritales nequitias, tuis laudibus occupamur. S. Bernard. loco citato

F. Ar-

F. Arnoldi Knappers, Martyrium.

Quouſque irruitis in hominem? interficitis vniuerſi vos: tamquam parieti inclinato & maceriæ dedulſæ? Pſal. 61.

F. ARNOLDVS KNAPPER Donatus fuit ſiue familiaris Conuentus noſtri Amorfordienſis opidi Hollandiæ clariſsimi. Hic à Superiore ex vrbe miſſus, alicuius negotii cauſâ, in viâ crudeliter à Geuziis interfectus eſt; Sicque vitam hanc pręſentem, inſtabilem ac verè miſerã in ſempiternã commutãs, duplex martyrii & obediẽtię prœmium cum ingenti gaudio feliciter adeptus eſt. *Pretioſa mors hæc eſt, quæ emit immortalitatem pretio ſui ſanguinis, quæ accipit coronam de conſummatione virtutis.*

à Geuziis interficitur.

S. Cypriã. ad Mart & Confeſſ. lib. 2. Epiſt. 6.

Ille preces noſtras meritis pius adſeret altis,
Inque vicẽ flebit nobis, quia mente dicata
Nos lætamur ei: nõ eſt cura hæc noua ſanctis
Exorare Deum pro peccatoribus ægris:
Vique boni meriti meritũ ſuperare ſiniſtrũ.

S. Paulin. in vita & miraculis S. Fælicis Mart. Nolani.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V.P. Adriani Beuerloo, Martyrium.

Vim faciebant qui quærebant animam meam. Pſal. 37.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V. P. ADRIANVS BEVERLOO Sacerdos, Concionator & Confeſſarius è conuentu Montis-lucis in vicinia vrbis Moſæ-Traiectenſis, in monte, qui à Palatio, quod proximum eſt, Mons-Lucis inuenitur nuncupari; Eremitorium fuit primitus, quo ſe fratres noſtri receperunt Senatu Populoque Moſę-Traiectenſi poſtulante, Calixto Sexto ſuo diplomate Pontificio adprobāte; At nūc funditus à Geuziis euerſum. Hic propè Dieſthemium iuxta inſigne Monaſterium Præmonſtratenſium **Euerbode** à Geuziis immani crudelitate interfectus eſt atque in prænominato Monaſterio religioſè ſepultus, Anno 1576.

Conuētus Montis-lucis deſcriptio.

Occiditur.

F. NI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

F. Nicolai Delfij, Martyrium.

In via hac, qua ambulabam, abſconderunt laqueum mihi. Pſal. 141.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

F. NICOLAVS DELFIVS itidem Seraphicæ familiæ Religioſus, propè ab Antverpiâ, in pago quodã (cuius nomẽ me latet) de patibulo infami ligno, reſte conſtricto gutture, ob religionis & inſtituti ſui profeſsionem ſuſpenſus eſt à furibundis ac ſanguinariis Geuziis; Atque anima illa fœlicisſima è mortali hoc emigrans corpuſculo, ad cæleſtem patriã illicò euolauit, purpurato glorioſorũ Martyrum choro in æternum adſociata. Accidit verò id Anno ſuperius dicto 1576. Si nulla fallantur diptícha. *O victrix anima! quæ ſicut paſſer tranſvolans, mundi laqueos euaſiſti: reſpice ad incautas animas intricatas illis, periclitantes in illis, vt tuo patrocinio eruamur.*

Suſpenditur.

S. Bernard. Serm. 2. de S. Victore.

V. P. Iacobi Schuermanni, Martyrium.

Gladium euaginauerunt peccatores : vt trucident rectos corde. Pſal. 36.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V. P. IACOBVS SCHVERMANNVS Sacerdos, Cōcionator egregius, Antverpiâ Weertham miſſus, maximâ temporum difficultate, certiſſimoque à Geuziis periculo nihil habuit antiquius quã ſimpliciter obedire exemplo Chriſti Domini, qui factus eſt obediens uſque ad mortem. In itinere à Geuziis occiſus fuit haud procul à Perâ Leodicenſis Campaniȩ opidulo, vbi quoque ſepultus eſt ante Cathedram concionatoriã cum literis obedientialibus ſupra pectus poſitis, illiſque ad cȩlum transmiſſus hȩc circiter tempora: Dies mortis & anni nobis ignota, conſtat interim ante annum octogeſimum mortuum eſſe. Obediẽtia. Occiditur.

Ob hoc precatu ſupplici
Te poſſimus Pijſſime,
In hoc triumpho Martyris
Dimitte noxam ſeruulis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

F. Ioannis ab Amſtelredamo, Martyrium.

Verberauerunt me, ſed non dolui : traxerunt me, & ego non ſenſi: quando euigilabo & rurſus vina reperiam? Prouerb. 23.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

F. IOANNES AB AMSTELDAMO, vbi natus, & regulam D. Franciſci profeſſus fuit poſt tirocinium probationis. Furentibus Geuziis Amſteldami, cum ceteris eiuſdem inſtituti Patribus, cũ prius patibulo, veluti malà cruce digni, addicti fuiſſent, ciuitate fuit exactus. Indè ſe Coloniam Agrippinam contulit; atque inde in Brabantiam reuerſus, paulò poſt (iã Diaconatu initiatus) in vià viginti & vno vulneribus confectus ab iſtis latronibus fuit: Cuius epitaphiũ hodieque viſitur Louanij in ambitu monaſterij Fratrum Minorum his verbis conceptum.

ANNO M. D. LXXIX.

SEXTA APRILIS.

F. IOAN. AMSTERODAMENSIS, POSTRIDIE QVAM GRATIAM SPIRITVS SANCTI IN DIACONATV ACCEPISSET, MVLTIS LETALIBVS VVLNERIBVS IN VIA DIESTHEMIVM VERSVS AB HÆRETICIS RELIGIONIS CAVSA PEREMPTVS EST.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V. P. Ioannis Gray, Martyrium.

Trucidati ſunt ſenes in plateis & ceciderunt in gladio inimicorum. 1. Machab. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V. P. IOANNES GRAY Scotus, ante ingreſſũ Ordinis Seraphici, Canonicus Anderlacẽſis haud procul à Bruxellâ; è Patriâ Religionis ergo profligatus, vt Deo quietius vacaret, in portũ S. Franciſci appulit. Cum Geuzij Bruxellæ in Clerum & Magiſtratũ ſeditionem mouentes, omnia cædibus temerarent & rapinis, fugiẽtibus è monaſterio noſtris Fratribus, P. Ioannem ſolum in cellulâ reperientes, propter venerandam canitiem putauerunt eſſe Guardianum, pecuniam ab eo poſcẽtes. Sed cum non haberet; iſti ſanguinarij vulneribus duobus cæſum in capite, duobus item punctum in pectore peremerunt. Anno Chriſti 1579. die 5. Iunij.

Pecunijs iſtæ Harpyiæ inhiant.

Armata pugnauit fides
Proprij cruoris prodiga:
Nam morte mortem diruit,
Ac ſemet impendit ſibi.

Prud. Periſtephan. D. Laurẽt. Mart.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V. P Ioannis Puteani, Martyrium.

Funes extenderunt in laqueum: iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi. Eccleſ. 139.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V. P. IOANNES PVTEANVS, item ex Ordine Minorum Sacerdos, iſtâ temporum difficultate Louauio Thenas proficiſcens, cum itinera cuncta latronibus iſtis obſiderẽtur, repertus eſt in viâ ſtrangulatus; demum Louanij in noſtro cœnobio ſepultus eſt: Anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, Auguſti die tertia. *Cuius mors quantumcunque videatur in conſpectu reproborum deſpicabilis, in oculis tamen eius eſt pretioſa qui in ſanctis ſuis eſt mirabilis. Ipſe enim primo vocauit militem ſuum, ipſe iuſtificauit, ipſe magnificauit, ipſe dedit ei pugnare, ipſe dedit & vincere.*

A Geuziis ſtrangulatus eſt.

S. Auguſt. Tom. 10. Ser. 1. de vno Martyre.

Tui precatus munere
Noſtrum reatum dilue,
Arcens mali contagium,
Vitæ remouens tædium.
Soluta ſunt iam vincula
Tui Sacrati corporis:
Nos ſolue vinclis ſæculi,
Amore Filij Dei.

V.P. Martini Suetens, Martyrium.

Circumſteterunt me, & ex vtraque parte flagellabant, ſine intermiſſione multis plagis verberantes. 2.Machab.3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V. P.MARTINVS SVETENS, Sacerdos, Concionator & Confeſſarius. Cum Geuzii Mechliniam cepiſſet, vnà cum ceteris Fatribus captus, ciuitate fuit exactus. Qui Louanium cum peterent, præ aliis P. Martinus ab iſtis Leopardis dirè vexatus, multiſque verberibus afflictus in viâ mortuus eſt, Anno Dominico 1580. Aprilis die 9. Iure cenſendus inter Martyres: quia, quod in illo fuit, & tolerauit, & plura tolerare paratus erat. *Cum voluntati & confeſſioni noſtræ in carcere & vinculis accedit moriendi terminus; conſummata Martyris gloria eſt.* Cyp.Epiſt. 37.

Hic nempe mundi gaudia,
Et blandimenta noxia,
Caduca ritè deputans
Peruenit ad cæleſtia.
Pænas cucurrit fortiter,
Et ſuſtulit viriliter,
Pro te effundens ſanguinem,
Æterna dona poſſidit.

V.P.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V. P. Alberti à Leyda, Martyrium.

Nos modico nunc dolore ſuſtentato ſub teſtamento æternæ vitæ effecti ſumus. 2. Mach. 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V P. ALBERTVS A LEYDA, quod Batauorũ Lugdunum vocant, Sacerdos item & Concionator, vir integerrimus, cum aliquamdiu Coloniæ Agrippinę, profligatus ex Hollandiâ, exulaſſet; tandẽ reuocatus in prouinciam, iter Antuerpiâ faciens Ducis-ſyluam, à Geuziis globulo tormenti bellici traiectus fuit, aliis ad terrorem, à quibus iſti pecunias extorquebant. Genus iſtud militũ pecuniarum auidiſſimum eſt. Cum nominatim & ex ordine à captiuis pro liberatione quærerent litrum, nec aliquis quidquam promitteret: P. Albertum pręcipuè, qui ex profeſsione pecuniam ſe habere negabat: reliquis ad formidinem exploſo tormento necauerũt anno 1584. aut ſequente. Hic ſi Martyrij palmam non conſequutus ſit; certè paupertatis Euangelicę quam fuit profeſſus, illuſtrem obtinuit coronam. Erat Sanctâ voluntate pauper,

Paupertatis profeſſio meritò meritoria.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

per, & melioris vitæ propoſito aurum non habebat nec argentum: *Profectò qui inter illa tormenta paupertatem ſanctam confitebatur, Chriſtum confitebatur. Quapropter etſi non meruit ab hoſtibus credi: non potuit tamen ſanctæ paupertatis confeſſor ſine Chriſti mercede torqueri.*

August. 1. de ciuit. cap. 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V. P. Thomæ à Beringhen, Martyrium.

Saluum me fac Deus; quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Pſal. 68.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

V P. THOMAS A BERINGHEN Sacerdos, Vir columbinâ ſimplicitate, cum anno ſalutis 1591. Geuzij Thenas, opidũ Brabantiæ quatuor milibus à Louanio, diriperent, furioſè inuolantes in monaſteriũ Fratrum Minorum, cum aliis nonnullis captus fuit. Poſt quæſtiones cum pecuniam à profeſſore arctiſſimæ paupertatis Euangelicę nõ poſſent emulgere: deorſum capite merſum in puteo, ſtatuminibus quibus lupuli maritantur ſubmergentes interemerunt: At Beatiſſima illius anima ſurſum nubes violenter penetrans ad cęlum empyriũ, commune Sanctorum domicilium, hilariter conſcendit. Puteus in facti veſtigiũ adhuc ab omnibus ibidem conſpicitur. Submergitur in puteo.

Nil refert vitreo æquore,
An de flumine ſanguinis
Tingat paſſio Martyrem;
Æquè gloria prouenit
Fluctu quolibet viuida. Prud. Peri ſtephan. Quirino Ep. Mart.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

F. Ioachim Delfenſis, noua & admirabilis victoria.

Detrahebant mihi: ego autem orabam. Pſalm. 108.

NON poſſum committere quin etiam poſteritati tradam nouum genus victoriæ, qua triumphauit hæreticos vir ſimplex & rectus, F. IOACHIM DELFENSIS, laicus octogenarius, multis virtutibus clarus. Hic cum aliis fratribus noſtris Amſtelredamo profligatus, Delfos ſe contulit, vbi natus fuit. At hic veſani hæretici iuramentum impium cunctis præſcripſerunt Catholicis: quod vt pręſtaret F. Ioachim quoque citatur in publico conſeſſu Senatus; prælegunt illi conceptum iuramentum, vrgent eum vt iuret. At ille, diſſimulans ad Roſarium ſuum ingeminabat Catholico ac veteri ritu Dominicam orationem & ſalutationem Angelicam. Inclamabant rurſus illi, vt iuraret; qui contra altius orabat, PATER NOSTER, AVE MARIA. Quomodo tu das iurameutum, inquiunt, quod exigimus? Neque aliud

Nouum genus victoriæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

aliud ab eo auditum niſi PATER NOSTER, AVE MARIA. Geuzij cum nihil apud eum proficerent, dimittunt in tempore reuocandum: Quibus F. Ioachim DEO GRATIAS, inquit, & ad ſe diſceſſit nouâ victoriâ glorioſus: cum prius Frater tacendo fidem Catholicam ſtrenuè confeſſus eſt, pro quâ ceteri Martyres fortiter vitam cum ſanguine profuderunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

EXERCITIVM PIETATIS.

Ad S S.

MARTYRES

MEDITATIO.

De S S. Martyribus.

CONſidera opere Martyrij nullum eſſe præſtantius. 1. Quia eſt nobiliſſimus charitatis actus; *Maiorem hac dilectionem nemo habet*, ait Chriſtus, Ioan. 15. *vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*. 2. Quia eſt actus inuictæ fortitudinis, quâ contemnuntur omnia genera pœnarũ, ac ipſa mors. 3. Quia eſt actus inſuperabilis patientiæ, de qua Chriſtus Luc. 21. *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras*. 4. Quia excedit omnia ſacrificia & oblationes veteris legis, nam in his externa tantum; in illo verò omnia, externa & interna Deo offeruntur. 5. Quia reddit Martyres ſimiliores Chriſto, nempè milites Duci. *Qui vult venire poſt me*, ait Chriſtus Luc. 9. *tollat crucem ſuam & ſequatur me*.

Ioan. 15.

Luc. 21.

Luc. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

2. Nota varios eſſe Martyres, & quidem propriè dictos. 1. Qui pro fide & confeſſione Chriſti trucidantur. 2. Qui ob defenſionem veritatis, vt S. Ioannes Baptiſta, Iſaias, Ieremias. 3. Qui ob obſeruationem diuinæ legis, vt Machabeï. 4. Qui ob defenſionem immunitatis Eccleſiaſticæ, vt S. Thomas Cantuarienſis. 5. Qui ob probitatem ſuam, vt iuſtus Abel.

II. Conſidera quam liberaliter Deus remuneretur hoc heroicum opus Martyrij, in hac vita & futura. In hac quidem, quia promittit illis in Euangelio ſe tantam efficaciam daturum eorum verbis, vt omnes eorum aduerſarij non poſſint ijs reſiſtere, & ideo nõ debere vel præmeditari quid reſpondeant. 2. Etſi flammis ardeant, vel à beſtijs diſcerpantur, ne vnum quidem capillum eorum periturum. 3. Quia certò ſciunt ſe mox à morte fore ſaluos, & ideo Auguſtinus ait, iniuriam fieri Martyri ſi quis oret pro eo poſt mortem. Vnde Pſalm. 115. *Pretioſa in*
Pſal. 115. *conſpectu Domini mors Sanctorum eius.* 4. Quia tanta ſolatia in ipſis tormentis Deus ſuppeditat, vt in corpore ſæpè nullum dolorem ſentire ab aſtantibus videantur, vt accidit S. Laurentio, & S. Stephano videnti cælum apertum. In alterâ verò vitâ Deus quoque copioſè remunerat martyrium, quia perfectiſſimè vicêre mundũ, carnem ſuam &

Dæ-

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Dæmonem, vnde de iiſ dicitur Pſalm.20. Pſalm.20.
Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et coronam quidem duplicem, vnam auream, quæ eſt communis omnibus Beatis, nempè gloria eſſentialis. Alteram, aureolã, quæ eſt gloria accidentalis, debita iis qui heroico opere victoriam ex hoſte retulerunt. Quò pertinet & gloria, quâ poſt Apoſtolos in totâ Eccleſiâ eorum feſta celebrantur ſolemnius, patrociniumque à fidelibus inuocatur.

III. Conſidera, & alios eſſe martyres, impropriè quidem ita dictos, ſed tamen veros, & eiuſdem prœmij cum ſuperioribus participes, vti ſunt illi, qui non in corpore; ſed in animo acerbiſſima perpeſſi ſunt, vt fuit B. Virgo Maria Luc.2. de qua S. Symeon vaticinatus eſt, quod animam ipſius pertranſiturus eſſet gladius, nempè cum ſtaret ſub cruce filij, qui gladius ei tantum dolorem conciliauit, vt eâ de cauſâ dicatur plus quã Martyr, & Regina Martyrum. 2. Ii qui in animâ & corpore multa pro fide, vel Iuſtitiâ perpeſſi, tamen occiſi non ſunt, vt B. Iob, S. Ioannes Apoſtolus, S. Athanaſius, & innumeri Eremitæ, Virgines, aliiq; Religioſi, qui per omnem vitam carnem ſuam crucifixère cum concupiſcentijs, & acerbitatem paſſionis Martyrum diuturnitate mortificationis non ſolum æquarunt, ſed etiam crebro ſupera-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

perarunt. Quis enim dubitet plus mererì eum, ceteris paribus, qui 20. 30. 40. annos in ſummâ humilitate, caſtitate, paupertate & obedientia antea Deo promiſſa, exegit, multiſque bonis operibus claruit; quam qui breui temporis momento ob fidem Chriſti occiſus eſt? Vndè S. Bernardus notauit Chriſtum in Euangelio idem tribuiſſe prœmium pauperibus ſpiritu (vtrorumque enim ait eſſe regnum cælorum) & Martyribus, quoniam voluntaria paupertas ſit quoddam iuge Martyrium.

DOCTRINALIA.

I. Conſulit Dominus, ne tempore perſecutionum ſolliciti ſimus in præmeditando quid reſpondeamus: ſe ſuggeſturum illâ horâ quid reſpondendum ſit aduerſarijs. Vnde diſcimus idem faciendum in perſecutionibus ſpiritualibus hoſtium inuiſibilium, quando dœmon, in rebus quas cõſtat ad gloriam Dei, aliorumque ſalutem pertinere, vt deterreat & abducat à bono propoſito, obijcit ob oculos difficultates & pericula quæ euenire poſſunt: Si hoc vel illud eueniat, quid eſſes acturus? nec enim debemus tunc eſſe ſolliciti, vt certò ſtatuamus, quid hoc vel illo caſu dicendum agendumue ſit: tunc enim Deus non concurrit ſuâ gra-

gratia, ſicut conſueuit concurrere dum caſus illi reipſa eueniunt: reſpondendum autem eſt inimico, quod quidam ſeruus Dei reſpondit, dicens: *Quando caſus ille euenerit, probè ſcio quid agendum ſit, quid autem ego ſim acturus, neſcio, nec iam attinet id definire.*

II. Dixit Chriſtus ſeruos ſuos à proprijs parentibus, cognatis & amicis tradendos in mortem & occidendos; vt intelligeremus in noſtris tribulationibus perſecutionibuſque non debere nos perfugium habere tantum ad parentes & amicos, in illis ſpem defigere, ex eorũ ſententiâ & arbitrio pendere, periculum enim eſt, ne illi ſecundum conſilium carnis & mundi nos pendant, & cauſã præbeant noſtræ condemnationi; ac debere potius confugere ad Deum noſtrum, amicum fidelem, & verum Patrem, in eo ſecurè confidere, ab eo omne auxilium & ſolatium expectare.

III. Non legimus ante Saluatoris aduentum, cum homines vitam agerent carnalem, inter cognatos & amicos fuiſſe aliquam ordinariam perſecutionem vt ſe mutuò traherent ad mortem. At poſtquam cæpêre amplecti fidem Chriſti ac ſanctè viuere, mox exortæ ſunt cognatorũ perſecutiones, ſic prorſus, vt nec Pater parceret filio, nec filius Patri, nec amicus amico. Hic perpetuus fuit mundi mos; vt dum filij mundanam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

agunt vitam, à parentibus & amicis intimè amentur & diligantur, ſed vbi vel minimum ſignum præbent ſæculi deſerendi & Chriſto adhærendi, illicò tam parentes quam amici infeſtiſſimi eorum hoſtes fiunt, eoſque plus quam alium neminem exagitant & diuexant, ſecundum illud Domini dictum: *Inimici hominis domeſtici eius.* Matth.10.

IV. Chriſtus hortaturus Martyres ſuos ad vitam pro ipſo profundendam, non dixit, nec de corpore, nec de vlla eius parte, eam non perituram: Sed tantum dixit, non periturum vllum capillum capitis, quæ res tam parua eſt, vt pars corporis dici non poſſit; Vt intelligamus, tantam Dei eſſe bonitatem & liberalitatē erga ſuos ſeruos, vt quicquid ei offeratur ad eum colendum (licet minimum, & nullius momenti) ille tamē magni faciat, copioſoque præmio aliquando ſit remuneraturus.

Luc.21. V. *In patientia veſtra*, inquit Dominus, *poſſidebitis animas veſtras*, Vnde diſcimus, iniurias nobis ab hominibus illatas non eſſe noxias, ſed potius valere ad comparandam patientiam, & per hanc animæ noſtræ ſalutem; Nam, vt dicit S. Apoſtolus Iacobus, qui patienter ſuffert tentationes; recipiet coronā vitæ, ſicut contra, qui perdit patientiam, perdit & coronam.

VI. Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

VI. Non dixit Dominus, ſeruos ſuos in perſecutionibus, & patiendo poſſeſſuros animas ſuas, *ſed in patientia*. Vt indicaret, non ſufficere ad ſalutem, ſi multis afflictionibus & ærumnis obnoxij ſimus, ac etiam patiamur pro ipſo Chriſto, niſi hæc omnia toleremus patienter & ad finē perſeueremus, neque enim pœnæ toleratæ, ſed patientia ipſa coronatur.

VII. Quemadmodum veri Martyres ſunt, qui pro gloriâ Chriſti & proximi ſalute contemnunt vitam; ſic quando quis vt Chriſtiani hominis officio faciat ſatis, non laborat, quid homines de ſe loquantur vel ſentiant, ſed liberè dicit, quod putat ad gloriam Dei eſſe conuenieus, aut non erubeſcit in præſentiâ aliorum bonum opus exercere: Vel certè ſi religioſus eſt, nihili pendit, ſi, quia vel mortificationem aliquam facit, vel regulas ſuas obſeruat, contemnatur, vel etiam ſtultus habeatur. Hic, inquam, ſimilitudine quadam poteſt etiam vocari Martyr. Nam ſicut martyr anteponit Chriſtum vitæ ſuæ; Ita hic anteponit Chriſtum gratiæ humanæ. Quapropter ſicut Martyriū eſt actus ſummæ perfectionis, ac proinde ſummo præmio dignus, ſic antedicti actus ob ſimilitudinem, quam cum Martyrio habent, ſunt quoque magnæ perfectionis, & in cælo copioſè remunerabuntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

ALLOQVIVM.

O Dulciſsime IESV! O verũ exemplar, caput & Princeps omnium Martyrum! qui nõ ſolum verbis nos cohortari dignatus es ad abnegandum noſipſos, crucem deportandam, & te inſequendum, ſed voluiſti quoque mirabili exemplo tuo, prȩlata cruce nos animare & ad eamdem perfèrendam confortare; Oro te per immenſam charitatem tuam, quæ te ad hoc totum optandum faciendumque pro noſtro tantum commodo, maiorique ſalute permouit: Ut quandoquidem non merui reipſà aliquid pati, vel ſanguinem profundere pro nomine tuo, vt minimum mihi eã largiaris gratiam, vt ſaltem in animo accenſum quoddam ſentiam deſiderium, poſſimque eſſe è numero illorum martyrum, qui per mortificationis viam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

tua glorioſa exempla, ſalutariaque ſequuntur conſilia: Atque ita voluntatem meam cum omnibus ſuis cupiditatibus & affectionibus terrenis, cor cum omnibus inordinatis deſideriis & amoribus, ac carnē cum omnibus vitiis & mundi concupiſcentiis crucifigam: Vt hac ratione mihi perfectè mortuus tibi ſoli viuam, te ſolum amem, te deſiderem, & tui amore omnes huius vitæ afflictiones & ærumnę dulceſcant, omneſque labores & onera alleuientur.

HYMNVS.

De SS. Martyribus.

SAnctorum meritis, inclyta gaudia
Pangamus ſocij, geſtaque fortia:
Nam gliſcit animus promere cantibus,
Victorum genus optimum.
Hi ſunt quos retinens mundus inhorruit:
Ipſum nam ſterili flore peraridum

Sprevere penitus, teque ſecuti ſunt,
Rex Chriſte bone cælitus.
Hi pro te furias atque ferocia
Calcarunt hominum, ſæuaque verbera:
Ceſſit his lacerans fortiter vngula,
Nec carpſit penetralia
Cæduntur gladijs more bidentium,
Non murmur reſonat non quærimonia:
Sed corde tacito mens bene conſcia
Conſeruat patientiam.
Quæ vox, quæ poterit lingua retexere
Quæ tu Martyribus munera præparas?
Rubri nam fluido ſanguine laureis
Ditantur bene fulgidis.
Te ſumma Deitas, vnaque poſcimus,
Vt culpas abluas, noxia ſubtrahas,
Des pacem famulis, nos quoque gloriam
Per cuncta tibi ſæcula, Amen.

ANTIPHONA.

VOS Sancti Dei inclyti, qui eſtis mente lucidi Franciſcũ imitati; Orate vt intrepidi, hic

hic ſimus ſemper feruidi, & poſtmodum beati.

Verſ. Æterna fac cum ſanctis tuis Domine,

Reſp. Gloria munerari.

ORATIO.

OMnipotens ſẽpiterne Deus, qui Eccleſiam tuam variis Sanctorũ meritis ſemper illuminas protegis & conſeruas: Cõcede vt B. Franciſci & Sanctorũ ſequentiũ eũ interceſſione, & hic ab omnibus mundemur offenſis, & in futuro cœleſti gloriâ perfruamur. Per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum Filium tuum; Qui tecum viuit & regnat, &c.

ALIA.

DEVS, qui nos concedis Sanctorum Martyrum tuorum natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecũ viuit & regnat in ynitate Spiritus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

ritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſeculorum, Amen.

ALIA.

DEVS qui hos Beatos Martyres tuos, in tua fide & dilectione tam ardenter ſolidaſti, vt nullis carnalibus blandimentis, nullis Tyrannorum minis nulliſque carnificum gladiis aut tormentis, à tua cultura potuerint reuocari: Da nobis miſeris peccatoribus, dignis eorum meritis & interceſſionibus, in tribulatione auxilium, in perſecutione ſolatium, vt poſſimus contra omnes inſidias diabolicas viriliter dimicare: Mundum, & quæ in eo ſunt deſpicere; & nulla eius aduerſa formidare, vt ea, quæ te inſpirante, deſideramus, valeamus obtinere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus: Per omnia ſecula ſeculorum, Amē.

PRE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

PRECATIO,
Ad Sanctos Martyres.

PRecamur Beatiſſimi Martyres, qui pro Domino Saluatore, proque illius charitate ſpontè & impigrè tormenta ſubiiſtis, atque ideo familiares Domino coniuncti eſtis, vt pro nobis miſeris & peccatoribus, & negligentiæ ſquallore ſordentibus Dominum interpellare dignemini, vt ſuperueniat in nos Gratia Chriſti, quæ corda noſtra radio Sanctę charitatis illuſtret, vt ipſum toto corde diligere poſſimus. B. Eph. de laudibus Martyrum.

O Viri Beatiſſimi & glorioſiſſimi Martyres Dei, me miſerum veſtris iuuate precibus, vt in illâ horâ miſericordiam conſequar, quando manifeſta erunt oculta hominum. Pro me miſero ante thronum Maieſtatis adſiſtite, vt veſtris precibus ſaluari merear, ac vobiſcum ęternâ Beatitudine perfrui, Amen.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

AD MAIOREM DEI, BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ MATRIS, BEATORVMQVE MARTYRVM GLORIAM ET HONOREM.

SAPIEN. III.

Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 K 41